HARVARD UNIVERSITY

VE RI TAS

FARLOW

REFERENCE LIBRARY

of

CRYPTOGAMIC BOTANY

C. H. PERSOONII

COMMENTATIO

DE

FUNGIS CLAVAEFORMIBUS

SISTENS

SPECIERUM HUS USQUE NOTARUM

DESCRIPTIONES

CUM

DIFFERENTIIS SPECIFICIS,

NEC NON

AUCTORUM SYNONYMIS.

Accedunt Tab IV, colore fucatae.

LIPSIÆ, 1797.

APUD PETRUM PHILIPPUM WOLF.

I. HEDWIGIO

Med. Dr. P. P. O.

Regiae Scientiarum Academiae Holmienſis Societatisque Londinenſis Membro honorario, Phyſiophilorum Berolinenſium Turicenſiumque, Medico - Chirurg. Turicenſis et Oeconomicae Lipſienſis Socio.

VIRO PROBO

ET

DE SCIENTIA BOTANICA SOLIDIORE MERITISSIMO

HANCCE COMMENTATIONEM

SACRAM ESSE VULT

AUCTOR.

PRAEFAMEN.

Forſitan nonnullis rei herbariae cultoribus, qui decimum ſeptimum Annalium Botanicorum faſciculum, in quo jam Holmskioldi de Clavariis opus receptum fuit, poſſident, haud ingratum erit, ſi hancce Commentationem, quam novae hujus operis a me promulgatae editioni ob completam fungorum clavaeformium hiſtoriam adjeci, ſeorſim, ubi illa iis alicujus eſſet ponderis, nanciſci queant.

Adnotationes meas in laudatum Holmskioldi ſcriptum, iſtique editioni adnexas, et hic

denuo, utpote unius ejusdemque argumenti, correctas typis exarandas curavi. Sic etiam huic opellae, iconibus vivis coloribus nunc adumbratis qualemcunque attribuere anniſus fui praerogativam.

INTRODUCTIO.

Fungos elongato-ſubteretes ut plurimum erectos, carnoſos, ſive ſint ſimplices aut ramoſi, ſenſu latiore *Clavarias* ſ. *Clavæformes* appellamus.

Cum Naturæ producta, quæ colore quodam inſigni, vel peculiari forma, inprimis magnitudine, etiam ratione utilitatis aut detrimenti ſeſe ab aliis diſtinguunt, primo hominum, præſertim incultorum ſenſus afficere ſolent, horum fungorum ſpecies ramoſiſſimæ & ſalubres veteribus primum innotuerunt, eosque, nam rei cujusdam novæ denominationem ut plurimum ad aliarum jam cognitarum ſimilitudinem inſtituere ſolemus, variis inſignierunt nominibus, quæ ſequentia ſunt: *Coralloides*, *Coralliformes*, *Corallofungi*, *Digitelli*, *Barba caprina*, etiam ſimpliciter *Fungi ramoſi*.

Majori dein plantarum copia, interque eas fungis talibus ſimplicibus detectis *Fungos clavatos* nuncuparunt; donec de re botanica non parum meritus *Vaillantius* in *Botanicon Pariſienſe*, ſed ſolum pro hisce poſterioribus, nomen ſane aptius, *Clavaria* ſcilicet introduxit. *Miche-*

lius in *Nova plantarum genera* eum ſequutus eſt. Summus à *Linné* vero, non ſolum hocce nomen adoptavit, ſed &, quod ab ingenio ejus acri expectandum erat, has usque ad ſuum tempus, ut diverſa genera, disjunctas familias (*Clavarias ſimplices & ramoſas*) in unum conjunxit genus. Quod vero præcipuum fuit, ſecundum ſuam methodum, qua Hiſtoria naturalis fundamentis certioribus ſtabilita & facilior reddita eſt, etiam & hic characteres conſtituit genericos; hoc tamen monendum eſt, quod vero ab inmortali Viro eo tempore non aliter ſperare licuit, eum differentiam genericam ſolummodo ex habitu externo ſumſiſſe, & hinc plures diverſosque connexuiſſe fungos, qui quoad partes fructificationis inter ſe valde diſcrepant.

Noſtris vero temporibus, ubi indefeſſo plantarum ſtudio Viri ingenio acres impulſi ſcientiam botanicam non ſolum novis ſpeciebus diverſis & abditis terræ regionibus augere; ſed & detectas quoad ſtructuram interiorem accuratiori ſubjicere ſcrutinio, unde non tantum ſummam reſpectu naturæ & ſitus partium fructuum differentiam, ſed & nonnullis in characteribus cum aliis Fungorum, habitu valde diverſorum, generibus conſenſum invenire licet.

Etiamſi tali modo proprium *Clavariæ* genus unam tantum *Fungorum clavæformium* efficit tribum, ob univerſum tamen conſpectum, & quia nonnullæ ſpecies diverſis ex generibus etiam in recentioribus ſcriptis ad illud genus relatæ fuerunt, omnes fungos, tali indutos forma, huc usque cognitos, hic recenſere volumus, hocce ſolum diſcrimine, ut eos pro diverſis, quibus gaudent, characteribus in varia diſcernamus genera.

Hæc vero ſequentia ſunt: *Sphæria*, *Hericium*, *Merulius*, *Leotia*, *Spathularia*, *Geogloſſum*, *Clavaria*, *Meriſma*, *Acroſpermum*, *Iſaria*.

Nunc, quod ſingulo cuivis ſolenne eſt, brevi commemorabimus.

Omnium primus *Sphæriis* cauleſcentibus debetur locus, cum capſulis ſeminiferis vegetabilibus perſectioribus adpropinquant. Illæ quoque, quamvis a nonnullis fungorum ſcrutatoribus generi *Clavariæ* adhuc ſint relictæ, partim propriam ſibi vindicarunt familiam, ſic apud *Holmskioldum* Clavariæ *folliculoſæ* audiunt, a *Bulliardo* Clavariæ *monoicæ*, a cl. *Batſchio* Clavariæ *cruſtaceæ* nuncupatæ, partim præeunte *Hillio* *), a cel. *de Paula Schrank* ſub nomine: *Xylaria* ab aliis disjunctæ ſunt Sphæriis, & revera primo intuitu tam habitu, quam ſubſtantia, inprimis pedunculo ſ. caule valde diverſæ ſunt, & eas ſub proprio genere hic recenſere non dubitaviſſem, niſi in Sphæria *concentrica* ſ. *tunicata* Tod., & in Sphæriæ *deuſtæ* varietate **) tranſitum ad alias *Sphæriarum* familias, tempore forte ob capſularum *ſitum*, talem quoque ob cauſam *genere* diſtinguendis, quali *Filicum* genera ſunt diſpoſita, obſervare licet, & præcipue dum charactere eſſentiali, *ſphærulis* ſcilicet *gelatina* refertis inter ſe congruunt. Hæ capſulæ in *Clavulæ* ſuperficie cum ſuis *oſtiolis*, ut *tubercula*, prominent, quo primo obtutu hosce fungos a ceteris *Clavariis*, niſi quoque ſubſtantiam duram, ligneam quaſi reſpiciamus, diſtinguere poſſumus. *Latex* ſ. *gelatina* iis incluſa hac in familia,

---

*) A Hiſtory of Plants by *John Hill*. pag. 612.

**) Obſervationes mycologicæ. Pars I. pag. 19.

ſub Microſcopio compoſito, ex thecis anguſtiſſimis conſtans, in nonnullis ſpeciebus vermiculorum ad inſtar aëre inprimis humido exprimitur, unde *O. F. Müller* (Prodr. Zoologiæ danicæ pag. 256.) de hiſtoria naturali ceterum meritiſſimus, incauto concluſit argumento, hosce fungos ad vermes eſſe amandandos.

Quod ad *Hericia* ſeu *Hydna ramoſa* pertinet, ea partim ob formam Clavariæ ſimilem, & pilei analogi abſentiam huc retuli, partim cum a quibusdam revera Clavariis adſcripta fuerunt. In duas dividi poſſunt familias; nonnullæ ſpecies nimirum ramis manifeſtis, ſubulisque ſparſis inſtructæ ſunt, aliæ modo caulem ſimpliciſſimum, ut plurimum craſſum, poſſident, e cujus apice ſubulæ congeſtæ, nunc ſtrictæ, nunc divergentes, etiam pendulæ, pro ratione longiſſimæ, prominent. Omnes, quæ hactenus cognitæ ſunt, ſpecies, truncis exſiccatis proveniunt.

E *Merulii* genere modo paucæ dantur ſpecies, forma obconica ſeſe exhibentes; in his pileus, qui diſco ſterili margineque ſubprominente conſpicuus, cum caule confluit, verum ad latera obſervantur *plicæ veneformes*, quæ, etiamſi minutiſſimæ, prohibent, quo minus cum *Clavariis* conjungantur hi fungi, uti cum eorum nonnullis hoc factum fuiſſe videtur.

In *Leotiis* pileum adhuc diſtinctiorem obſervare licet, hinc revera mirum ſit, quomodo Leotia *lubrica* a nonnullis Auctoribus *Clavariæ* generi adſcribi potuiſſet, potius cum *Helvellis* conveniret, niſi pileo carnoſo æquali, orbiculari ab hisce ſungis, quibus pileus inflatus, difformis, utrinque compreſſus, ſubſtantia tan-

dem ſubmembranacea, utplurimum eſt, ab iis removeretur.

Quoad nonnullas characteres *Spathularia*, quæ adhuc unicam ſiſtit ſpeciem, cum Helvellis convenit, pileo nimirum membranaceo, ſeminaque elaſticæ protrudendi modo; illa quoque utrinque compreſſa, ſed cum ſtipite, in cujus latera decurrit, connata, hinc ſpathulam, unde nomen ei inditum, exacte æmulatur.

Forma ligulata *Geogloſſi* nonnullæ ſpecies quadantenus præcedenti generi ſimiles ſunt, aliæ vero ſubteretes obſervantur, & margine, quamvis hic in pluribus ſubprominet, a ſtipite haud manifeſte diſtinctæ ſunt *Clavulæ;* hæ ſubſtantia valde ſunt carnoſæ, ex thecis quoque. ſub Microſcopio compoſito ubi inquirantur, conſtant, ſed ſemina illis incluſa numero indeterminato ex. gr. 6 — 9 adſunt, nec conſtanter octo efficiunt. *Geogloſſa* ceterum colore ſunt obſcuriore, opaco, & partim in locis colliculoſis graminoſis, partim in ſylvis, ſed ad terram, reperiuntur.

Clavariæ genus, ſtricte ſumtum, quoad ſpecierum numerum, harumque diverſam formam, omnium maximum & ut facilius conſpici poſſit, in plures diſtribuendum diviſiones; prima inter eas familia ſpecies *ramoſas*, quæ plurimæ ſunt, comprehendit, hæcque iterum in duas dilabitur ſubdiviſiones quoad trunci ſcilicet majorem minoremve craſſitudinem. Alteram, quoad creſcendi morem, naturalem familiam efficiunt ſpecies illæ *ceſpitoſæ*, quarum nonnullæ ſtipite manifeſto ſubpellucido gaudent, aliæ vero ſuperficiem habent homogeneam, quæ hinc ad tertiam familiam efficiunt tranſitum; quæ ſub hac militant ſpecies, minori

in copia reperiuntur & *ſolitariæ* creſcunt, formaque ut plurimum indutæ obconica. Dantur & inter eas ſpecies nonnullæ minutiſſimæ, quæ niſi ad proprium evehi deberent genus, ſane peculiari diviſione ab aliis diſtingui mererentur; & quibus heic parum inmorari licet. Inter eas Clavaria *gyrans* Batſch., Cl. *capillaris* Holmsk. Cl. *Erythropus* &c. jam cognitæ ſunt; horum fungillorum *Clavulæ* nunc teretes, nunc ſubovatæ, intus ut plurimum cavæ, & ferme in omnibus *ſtipite*, qui filiformis ſaltem tenuiſſimus, multo breviores, quo *Typhæ* formam non male præ ſe ferunt. Et quod apud plerasque tales ſpecies memoratu omnino dignum eſt, conſiſtit in *radice* tuberiformi *carnoſa*, ut plurimum ſubrotunda, e qua ſtipes enaſcitur. Cum vero hæcce corpuſcula ratione fungorum parvitatis, tanquam *radiculæ*, juſto majora ſunt, e contrario, quoad ſubſtantiam, creſcendique morem cum nonnullis generis *Sclerotii* ſpeciebus conveniunt; hinc omnino ambiguum eſt, utrum propria vegetabilia per ſe ſint, & *Clavariæ* commemoratæ iis *paraſitice* ſolummodo increſcant; cujus exempla in aliis Naturæ productis exſtant haud pauca, ubi diverſæ nimirum creaturæ arcte quamvis ſecum conjunctæ, tamen plane alia ſint natura alioque gaudeant creſcendi more, verbo, propriam ſui ipſarum efficiant exiſtentiam.

Omnes ceterum *Clavariæ* ſpecies ſubſtantia ſunt carnoſæ ut plurimum rigidæ, ad apicem usque membrana fructificante ex thecis manifeſtis forte in paucis modo conſiſtente, quæ baſi & in ramoſarum majorum caule deeſſe videtur, donatæ. Nunc ad terram ut plurimum in ſylvaticis, nunc ad truncos, ſtipites,

paſſim & in foliis dejectis habitant; forte plures, ſi eo fine examinantur, pro cibis adhiberi poſſunt.

Si quisque *Acroſpermi* ſpecies potius Clavariis, ut familiam propriam, ſubſtantia tremelloſa ſolum diſtinctam adſcribere vellet, ſpecierum determinationem tunc equidem haud difficiliorem efficeret; hactenus vero a plerisque auctoribus *Tremellis* adnumeratæ ſunt, a quibus vero forma elongata, nec depreſſa, ſuperficieque læviſſima, nec gyroſo-criſpa differunt. Hujus generis quoque dantur ſpecies vel ſimplices, vel ramoſæ, quæ ſecundum mentem *Holmskioldi* aliorumque, ut inſtituto ſuo fidi (conſequentes) remaneant aut ad *Clavarias* aut ad *Ramarias* eſſent amandandæ. Cum cel. *Vahl* omnes Clavarias veras tremelloſas huc refero, quamvis cl. *Tode* in ſpeciebus generis: *Acroſpermum* primo ab ipſo conſtituti plus apicem ſubrotundum, qui ſecundum *Eundem* ſeminum ſolummodo receptaculum eſſet, reſpicere videtur.

Meriſmata coriacea & mucida ſunt ſubſtantia, eorum rami in plurimis ſpeciebus ſunt *compreſſi*, & plerumque, ſane peculiare, ſurſum *dilatati*, nec non apice, quo a *Clavariis* inprimis quoque ſe diſtinguunt, *piloſi*; quis quæſo hic *pilei* cujusdam reliquias, & majorem affinitatem cum *Thelephoris* non agnoſcet? & revera, niſi deflectens forma, qua cum *Clavariis* conveniunt, non prohibeat, ea ut peculiarem familiam *Fungis thelephoris* adſcribere poſſemus, in nonnullis interea ſpeciebus *papillas* prominentes obſervare contingit. Hocce genus in duas quoque ſeparari poteſt diviſiones, in eas nimirum ſpecies, quæ erectæ creſcunt, & diſtinctis inſtructæ ramis, & in tales, quarum rami ſunt

difformes: nimirum aut ſubmembranacei, aut tuberculiformes; utplurimum quoque ad terram decumbunt aliisque corporibus vicinis adnatæ; etiam plurimæ hujus generis ſpecies odorem mucidum, plus minusve fœtidum, tempeſtate inprimis humida exhalant.

Quod ad ultimum genus, ad *Iſariam*, pertinet, fateri debeo, ejus ſpecies potius inter *Fungos byſſoideos*, quam *carnoſos* quærendas eſſe, harumque nullam hic mentionem feciſſem, niſi a *Batſchio*, *Holmskioldio*, *Dickſonio* aliisque inter *Clavarias* enumeratæ fuiſſent. Subſtantia ſunt ſiccæ; quoad magnitudinem minoribus ſunt adnumerandæ; colore utplurimum ſunt albidæ, externe nunc læves, nunc, quod pluribus commune, *pulvere farinaceo* obſitæ, qui veroſimile ſporas continet, & ſub lente ſi indagetur hæcce materies *filis* cum ramulis connata videtur, unde affinitatem cum genere: *Botrytis* conſpicere licet. Diverſa incolunt loca hi fungilli, nunc truncis foliisque putreſcentibus aut herbarum ſtipitibus inhærent, nunc in aliis fungis majoribus, *Agaricis* inprimis, exſiccatis, & paucæ Inſectorum *Chryſalidibus* paraſiticæ creſcunt.

Poſterioris momenti ergo, etiam ob colorem album formamque elongatam in conjecturam deveni, utrum non appendices caudæformes, quos in *Cicada lanata* L.*) videmus, paraſiticus huc ſpectans fungus eſſet, quamvis hactenus eos, tanquam veram animalem, huic inſecto propriam, partem adſpeximus, cum tamen

*) Cicada *lanata*, elytris apice nigropunctatis cæruleis, frontis lateribus rubris, ano lanato. Lin. *Sulz*. hiſt. Inſect. T. 9. fig. 11. *Dryry* Inſ. 2. T. 37. fig. 11. *Stoll*. Cicad. I. Tab. 10. f. D.

tenera ſtructura quemque facile convincere potuit, quod hæcce, ſic dicta, lana in faliente inſecto brevioris ſolum durationis eſſe debebat. Hinc Naturæ ſcrutatoribus qui majore in copia hancce *Cicadam*, ceteroquin rariſſimam prætioſamque, poſſident, aut potius quibus continget, eam in loco ipſo natali (in America auſtrali & India) obſervare, commendatum velim, ut hocce Inſectum, omni, qua par eſt, animi intentione inquirant, utrum hi appendices lanati animalculo adhuc vivo jam adhæreant, aut ſolummodo ex ejusdem abdomine, poſtquam mortuum eſt, uti hoc in *Ramaria farinoſa* H. obtinet, enaſci ſoleant. In unico Exemplare in Muſeo ill. *Blumenbachii* obvio, Ejusque benevolentia, quam, uti notum, erga omnes Hiſtoriæ naturalis cultores conferre ſolet, a me viſo, ſuperficiem quidem læviſſimam, nec pulvere obtectam obſervavi; ſed hæcce appendicula, de quibus ſermo fuit, ſubſtantia ſunt fragillima & naturam omnino fungoſam præ ſe ferre videntur.

Hisce nunc præmiſſis ad omnium ſpecierum enumerationem deſcriptionemque me accingam; ob communem conſpectnm earum nonnullæ aliis ex Scriptis mutuatæ exhibentur, quæ vero, cum a me ipſo nondum repertæ, aſte[illegible]o ſignatæ ſunt, quarumque deſcriptionibus & iconibus, num naturæ ſint fidæ, præſto eſſe haud poſſum. Nonnullas dubias ſpecies vero ſeorſim adpoſui, ut majori cum attentione a fungorum ſcrutatoribus indagerentur.

Aliæ vero ſic dictæ *Clavariæ*, ex. gr. *Clavaria* ſolida, ſubulata, ſulcata v. *Münchhauſen* (*Hausvater*) & *Clavaria* Clavus *Schrank* (Bayerſche Flora, Tom. 2. p. 571.),

Clavus ſecalinus, *Clavus ſiliginis*, *Secalis mater* &c. *) ne ad Fungos quidem, multo minus ad Clavarias pertinent. Hæ enim excreſcentiæ, in *Secali cereali* L. inprimis obviæ, ſed & magnitudine minore in *Anthoxantho odorato*, Bromo *pinnato*, Phalari *canarienſi*, Feſtuca *duriuſcula*, Avena *elatiore*, Feſtuca *fluitante*, Tritico *repente*, *junceo*, Arundine *arenaria*, Poa *criſtata*, Lolio *perenni*; Alopecuro *geniculato*, *pratenſi*, Holco *lanato*, Feſtuca *elatiore*, Agroſti *ſtolonifera* &c. paſſim provenientes aut aëri humido aut inſectorum læſionibus ſuos debent natales.

---

*) Vid. Traité des Maladies des Grains; par Mr. *l'Abbé Teſſier*, à Paris M. DCC. LXXXIII. p. 21 — 186. Avec Figures. Hiſtoire de la Société royale de Médecine, à Paris M. DCC. LXXI . Année M. DCC. LXXVI. p. 345. & p. 417. *Mémoire ſur la maladie du ſeigle appellée Ergot*, par Mr. l'Abbé *Teſſier*. Pl. IV.

Sphæria.

Receptaculum varium; *Sphærulæ* exſiccatæ *cavæ*, humidæ *gelatina* ſ. latice gelatinoſo (e thecis aut ſporis diſtinctis conſtante) refertæ.

A. *cauleſcentes, ſ. receptaculum utplurimum elongatum trunco præditum.* (Xylariæ.)

* *Recept. ſ. Stroma ſubcarnoſum.*

1. Sphæria militaris: *carnoſa flaveſcente-rubra, clavula ſphærulis prominentibus tuberculoſa.*

Sphæria *militaris*, pileo clavato elongato rubro, ſtipite læviuſculo. *Lin. Syſt. Nat. Ed. Gmel. Tom. 2. p.* 1474.

Clavaria *militaris*, clavata integerrima, capite ſquamoſo. *Lin. Syſt. veget. Ed. XIV. p. 980.*

Clavaria *militaris*, crocea, clava verrucoſa. *Muller Zoolog. dan. prodrom. p. 256. — Flor. dan. Tab. 337. f. 1.* Nova Acta Nat. curioſorum, Tom. 4. p. 215. Tab. 7. f. 5. — Obſerv. XLV. *De Muſca vegetante europaa.* — Epiſtola *O. F. Mulleri* ad virum magnificum & excellentiſſimum *Buchnerum.*

Clavaria *granuloſa*, crocea, ſimplex, cylindracea glabra, baſi attenuata; ſuperficie granulis cartilagineis ovatis veluti echinata. *Bull. Champ. p. 199. Tab. 496. f. 1.?* (Diverſa ſpecies videtur, cum ſtipes valde tenuis eſt, & baſi ſolummodo *radiculis* fibroſis donatus, porro granulæ in *Clavulæ* ſuperficie *ſphærulis* quidem ſimiles videntur, verum an *cavæ* ſint? an *gelatina* refertæ? hujus rei nulla apud Auctorem adeſt mentio.)

Sphæria *militaris*, clavata integerrima rubra capite tuberculato. *Bolt. Funguſſ. Tab. 128.* (Etiam diverſa videtur ob colorem nimirum obſcuriorem, Clavulam attenuatam, hinc ventricoſam & ob diverſum locum natalem, cum de chryſalide, cui ceteroquin innaſcitur hæcce ſpecies nihil perhibetur.)

Hab. verſus finem æſtatis in ſylvis, tam ad truncos putreſcentes, quam ad terram intra muſcos, ſemel etiam in locis graminoſis colliculoſis terram intrantem obſervavi, nihilominus, dum eam effodiebam, cum *Phalænarum* nympha conjunctam inveni. Totus fungus 2½ unc. longus, 3 lin. craſſus; *clavula* incraſſata obtuſa, rarius bifida, colore eſt obſcurior, quam ſtipes. *Sphærulæ* ovatæ; *gelatina* albida.

2. Sph. alutacea: *carnoſa opaca pallida, clavula ſublævi.*

Obſ. Provenit rariſſime in pinetis ad terram, ramulis foliisque pineis adnata. Cum antecedente forma congruit, colore vero differt, nec non loco natali, neque *Sphærulæ* granuloſæ prominent, hinc *Clavula* læviuſcula eſt. Subſtantia mollis fragilis.

3. Sph. ophiogloſſoides: *clavula craſſiuſcula ſubtereti nigreſcente, ſtipite baſi intusque flavo.*

Sphæria *ophiogloſſoides*, pileo clavato atro-viridi, ſtipite longiuſculo, baſi intusque flavo. *Gmelin Syſt. Nat. Lin. T. 2. p. 1474.*

Sphæria *ophiogloſſoides* Ehrh. Pl. cryptog. exſiccat.

Clavaria *radicoſa*, monoica, coriaceo-ſuberoſa, cinereo nigricans, carne lutea: radice fibroſa, flavicante. *Bull. Champ. p. 195. t. 440. fig. 2.*

C. C. Schmiedel Icones plantarum & analyſes partium Tab. V. Fig. 3. (ubi male pro varietate antecedentium ejusdem Clavariarum habita.)

Provenit paſſim in ericetis, etiam in pinetis tempore autumnali.

Deſc. Clavula trunco multo craſſior, $\frac{1}{2}$ unc. ut plurimum longa, nonnunquam brevior, 3 lin. craſſa, parum compreſſa, rarior diviſa, granuloſa. *Sphærulæ* griſeæ, e quibus *gelatina* byſſi albidæ ad inſtar in optimo fungi vigore exſudat.

Stipes unc. 1 longus, $1\frac{1}{2}$ — 2 lin. craſſus, deorſum attenuatus baſi ubi terram intrat flaveſcens, radiculisque inſtructus; has vero tanta magnitudine, quanta Bulliardus & Schmidelius eas delinearunt, nondum vidi.

Subſtantia interna carnoſo-ſuberoſa flavovirens, color externus opacus nigreſcente-olivaceus.

4. Sph. Entomorhiza: *clavula ſubrotunda, fuſca; ſtipite tenui longiſſimo.* *

Sphæria *entomorhiza*, ſtipitata, capitulo ſubrotundo fuſco. *Dickſ. Faſcicul. I. plant. cryptog. Britanniæ.*

Habitat in larvis inſectorum emortuis, in ſylvis prope *Bullſtrode Comit. Buckingh.* autumno, rarius. *Stipes* ſimplex vel duplex, ſubcompreſſus, biuncialis, & ultra. *Capitulum* ſphæricum, ſuperficie granulatum *Dickſon.* l. c.

5. Sph. capitata: *clavula ovata badia, ſtipite longo craſſiusculo, baſi tuberoſo.* *

Clavaria capitata. *Holmsk. Coryph. Tab. Withering Bot. Arrangem. of Brit. Pl. Vol. 3. p. 450.*

Sphæria *agariciformia*, Stip., ſtipite flavo cylindrico, pileo ovato caſtaneo punctato ſubgeminato, radice tube-

roſa bivolvata interne nigra. *Bolt. Funguſſ. Tab.130.* (quoad magnitudinem, ſtipitis colorem, & radicis formam omnino parum differre videtur).

Sphæria *agariciformis*, ſtipite flavo tereti, pileo ovato caſtaneo, radice tuberoſa volvata intus nigra. *Gmel Syſt. nat. Lin. Tom. 2. p. 1473. — Flora Danica Tab. 450.*

Hab. in Dania, & Scotia. 3—7 unc. longa, dimidiam fere craſſa. *Clavula* glandiformis brevis, eadem cum ſtipite craſſitudine.

** *Stroma ſubſtantia ſubcroſum, durum.*

6. Sph. bulboſa: *ſubramoſa nigreſcente-cinerea, radice tuberoſa globoſa ſolida.*

Sphæria *bulboſa*, pileo ramoſo ſubtereti, radice bulboſa, in *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom. 2. p. 1474.*

Provenit in pinetis autumno, eique ſolenne eſt quod non modo *radice* tuberoſa, quæ lævis & rotunda, a duabus ſequentibus ſubſimilibus ſpeciebus differt, ſed & terram, ubi baſi muſcis foliisque aceroſis obtecta, nude, nec, pro more hujus ſubdiviſionis, truncos incolit. *Clavula* primo ſubulata teres ſurſum ſubcineraſcens, dein parum ramoſa, etiam compreſſa fit: apice obtuſo. Uncias duas & ultra longa, 2—3 lineas craſſa; radix, cujus ſubſtantia farcta quoque albida, quadrilinearis eſt latitudine. *Stipes* glaberrimus.

7. Sph. Hypoxylon: *gregaria, ramoſa compreſſa, baſi hirta.*

Var. α. major, ramis utplurimum omnibus compreſſis. — Sphæria cornuta. *Hoffm. Veg. crypt. Faſc. I. p. 11. Tab. III. Fig. 1. Micheli nov. gen. pl. Tab. 55. Fig. 1.*

Var. β. cauleſcens, ramoſa ſtriata; primo compreſſa palmata, dein ſubteres acuminata. *Obſervat. mycologicæ. Pars 1. p. 20. Tab. II. Fig. 1. a — f.*

Clavaria *Hypoxylon* ramoſa-cornuta compreſſa. *Linn. Syſt. veg. p. 980. — Holmk. Coryph. Tab. — Weig. Obſ. bot. Tab. 3. f. 5. — Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. Tom. 3. p. 1051. — Humb. Fl. Frib. ſpec. 117.*

Clavaria cornuta. *Delamark Fl. franç. p. 126. — Encyclopéd. méthod. Botanique. Tom. 2. p. 38.*

Clavaria *cornuta*, monoica, coriaceo-ſuberoſa nigra ciliata, apicibus complanatis, cornua Dorcadis imitantibus. *Bull. champ. p. 193. Tab. 180.*

Clavaria *hirta*, ſimplex atra & hirta; baſi craſſior & indurata apice compreſſa, albens & villis deſtituta. *Batſch. Elench. Fung. Cont. 1. p. 229. Tab. XXVIII. Fig. 160.* (Statum fungi juniorem exhibet.)

Sphæria *Hypoxylon*, pileo ramoſo compreſſo. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. Tom. II. p. 1474.*

Sphæria *digitata*, ramoſa, compreſſa, inferne villoſa, nigra, ſuperne nuda albicans. *Web. Spic. Fl. Gœtting. p. 287.*

Sphæria *digitata*, ſubromoſa, apicibus albidis, baſi nigris hirſutis. *Bolt. Funguſſ. p. 129. Tab. CXXIX.*

Valſa digitata. *Scopoli Fl. carn. Ed. 2. Tom. 3. p. 398.*

Xylaria digitata. *Schrank Bayerſche Fl. T. 2. p. 567.*

Obſ. De vulgari hacce ſpecie diverſæ proſtant Auctorum ſententiæ, pro diverſo nimirum maturitatis ſtadio, ſub quo indagata fuit. Vide hac de re mentem meam in *Adnotationibus ad Holmskioldi de Clavariis Opuſc.*

8. Sph. digitata: *ceſpitoſa nigra, ſtipitibus baſi connatis glabris; clavulis teretibus: apice ſterili, acuto.*

Clavaria *dtgitata*, ramoſa lignea nigra. *Linn. Syſt. veg. p. 980.*

Clavaria *digitata*, monoica, coriaceo-ſuberoſa, fuſco-nigricans glabra, ſubcylindracea; carne alba; apice ſimplice ſubacuminato. *Bull. Champ. p. 192. Tab.* 220.

Clavaria *Hypoxylon*, ceſpitoſa, ſimplex & ramoſa, carnoſa, duriuſcula, nigra, ſuperne acuminata, quandoque bifida, inferne teretiuſcula, compreſſa erectiuſcula, apicibus albidis. *Schæff. Fung. Bav. Tab. CCLXV.* (excluſis Synonymis).

Sphæria *digitata*, nigra ramoſa, pileo tereti acuminato. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. Tom.* 2. *p.* 1474.

Sphæria *clavata*, undique atra, clavata, ſubramoſa. *Web. Spic. Fl. Gœtting. p.* 288.

Sphæria *clavata*, petiolata nigra incraſſata. *Hoffm. Veg. crypt. Faſc. I. Tab. IV. Fig.* 2.

Sphæria *Carchariæ γ. ſiliquoſa* ramoſa teretiuſcula acuta lanceolata. *Weig. Obſ. bot. p.* 49.

Clavaria *Michelii*, teres ramoſa: ramis ſubulatis; nigra, apicibus albo-ruſis, polline griſeo conſperſis, radice membranacea, longiſſima, divaricato implexa. *Batſch. Elench. Fung. p.* 139. — *Mich. Gen. pl. Tab. LIV. f.* 5?

Hactenus hancce ſpeciem nullibi inveni, quam ad ligna fabrefacta, in palis &c. Inmatura valde tenuis acuminata, apice ex albido ruſeſcens, vix pulverulenta, matura incraſſata & tuberculoſa ob *ſphærulas*, quæ vero apicem non circumdant. Longitudine triuncialis 3—4 lin. craſſa, intus alba, extus nigra, baſi, ubi ſtipites in corpus craſſum concreti, ex nigro ſubruſeſcens.

9. Sph.

9. Sph. polymorpha: *gregaria, forma varia, ſtipite brevi, clavulis ventricoſis, ſphærulis utplurimum undique cinctis.*

Sphæria *carchariæ, β. obtuſa,* ſtipite brevi ramoſa, glandibus oblongis teretiuſculis obtuſis. *Weig. Obſ. bot. pag. 49. Tab. III. f. 6.*

Sphæria *carcharias,* pileo rugoſo ſubramoſo, thecis apicem ambientibus. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. Tom. II. p. 1474.*

Clavaria digitata. *Weig. Fl. pomer. n. 815.* Holmsk. Coryph. *Icon.*

Clavaria *digitata,* baſi ramoſa, atra obtuſa compreſſa. *Villars Dauphiné Tom. 3. pag. 1051.*

Sphæria *digitata,* nigro fuſca, conica, aſpera. *Flora Danica Tab. DCCCC.*

Clavaria *hybrida,* monoica, coriaceo ſuberoſa, cinereo-nigricans, glabra; carne alba; apicibus primum ramoſis. *Bull. Champ. pag. 199. Tab. 440. f. 1.* (Icones poſteriores noſtrum fungum repræſentant, ſed non anteriores, de quibus etiam in Deſcriptione apices dicuntur multifidi, attenuati, cornuti demum ſimplices? & truncati.)

Clavaria *digitata,* ramoſa, ramis ſubſeſſilibus oblongis; apicibus obtuſis. *Sibthorp. Fl. oxon. pag. 397.* (excluſo ſynonymo.)

Obſ. Provenit non infrequens in ſylvis ad truncos ſubputridos, quoad magnitudinem & *Clavularnm* formam mire variat. Hæ nunc teretes elongatæ, ſubattenuatæ; nunc obovatæ; etiam compreſſæ ſpathulæformes; utplurimum *ſphærulæ* apicem ipſum ambiunt, quo inprimis etiam ab antecedente differt hæcce ſpecies; ſed & huncce ſterilem, ſeu capſulis deſtitutum paſſim vidi.

10. Sph. carpophila: *ſparſa, primo ſubulata villoſa demum incraſſata glabra: clavula cylindrica ſtipite multo breviore.*

Sphæria *carpophila. Obſervationes mycolog. p. 19.* Clav. Hypoxyl. *Holmsk. Coryph. Icon. Fig. m. n.?*

Fungus niger ſubularis, apicibus albidis. *Joh. Raji Synopſ. method. ſtirp. Ed. 3.* (curante Dillenio) *pag. 15.*

Xylaria *flexuoſa*, höchſt einfach, pfriemenförmig: der mit dem Saamen bedeckte Theil geſchlängelt. *Schrank Bayerſche Flora Tom. 2. p. 665?*

Pericarpia arida Fagi ſylvaticæ utplurimum incolit; tempore vernali creſcere incipit villo cinereo-ſubolivaceo fere tota cincta, apice denudata albida, æſtate matura *Clavulæ* incraſſatæ, ob *Sphærulas* valde prominentes tuberculoſæ fiunt, $\frac{1}{3}$ unc. longæ, lin. 1 — 2 craſſæ, apice mucronatæ, *ſtipes* tunc quoque $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ unc. longus & rugoſus eſt, villoque ſuo utplurimum totus orbatus.

11. Sph. concentrica: *obovata ſubſeſſilis, ſtromate ſtratis concentricis interrupto.*

Sphæria *concentrica*, ſeſſilis reniformis; extus punctata, ſubfulva, ſubfuliginoſa, intus fragilis, circulis concentricis notata, ſemina veſiculoſa urceolata. *Bolt. Funguſſ. p. 180. Tab. 180.*

Sphæria *tunicata*, ſubcauleſcens fuſca monoſticha ſubovalis, tuberoſo-bicorticata, tunicis glebuliſque biformibus connatis; velis particularibus confluentibus fugacibusque. *Tode Fung. Mecklenb. Faſc. 2. pag. 59. Tab. 17. Fig. 130.* — *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom. II. pag. 1475.*

Sphæria *fraxinea*, ſubrotunda, nigra, externe glabra ſubpuſtulata, interne circulis concentricis notata. *Sibth. Fl. oxon. p. 401. — Relh. Fl. cantab.*

Valſa *tuberoſa*, tubere ſeſſile, aut breviter petiolatum, ſubrotundum. *Scop. Carn. tom. II. p. 399?*

Lycoperdon *atrum*, ſubacaule, varium, lignoſum, punctatum atrum, ſplendidum; corpore ſubgloboſo, deformi, intus nigricante, celluloſo, centro cavo; petiolo deformi breviſſimo, concolore, pleno aut nullo. *Schæff. Fung. bav. Tom. IV. p. 131. T. 329.*

Paſſim reperitur ad ſalices vetuſtas, etiam ad truncos alneos; unciam dimidiam magna, quatuor lineas & ultra lata, primo rufa, dein nigricans, ob ſphærulas periphæricas externe tuberculoſa, interne vero miram & unicam præ ſe fert ſtructuram, ubi ſubſtantia, quæ celluloſa nigra, ſtrato ſuper ſtratum eſt impoſita. *Stipes* ut plurimum breviſſimus & nonnunquam plane deeſſe videtur, ſed & 2 — 3 lin. longum inveni.

Accuratam hujus ſpeciei deſcriptionem invenies apud cel. *Tode* l. c.

12. Sph. Poronia: *gregaria albida, diſco truncato: ſphærulis ſparſis punctiformibus nigris.*

Peziza *punctata*, turbinata truncata, diſco punctata. *Linn. Syſt. Veg. pag. 978. Flor. Dan. Tab. 288.*

Peziza *punctata*, coriaceo-carnoſa glabra, in ſtipitem nigrum brevem deſinens: cratera planiuſcula, nivea punctata. *Bull. Champ. pag. 259. tab. 252.*

Poronia Gleditſchii. *Willd. Floræ berol. prodr. p. 400. — Roth. Tent. Fl. germ. Tom. I. p. 542.*

Sphæria nivea, plana, punctis nigricantibus. *Hall. Stirpes helv. Ed. 2. n. 2184.*

Sphæria *ſtercorea. Wigg. prim. Fl. holſ. p. 85.*

Sphæria *truncata. Bolt. Funguſſ. Tab. 127. fig. 2.*

Sphæria *truncata*, nivea plana, thecis nigricantibus. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. Tom. 2. p. 1474.*

Prov. in regionibus arenoſis inprimis, ut plurimum in ſimeto equino, ſed & in vaccino reperitur; *ſubſtantia* coriacea ſicca, *colore* deorſum ex fuliginco nigricans, *diſco* nivea & hic applanata margineque ſubprominente pezizæformis eſt. *Semina* ovata nitida nigra, quæ a ſphærulis elaſtice protruſa equidem haud obſervavi, quodque ſphærularum rigiditati contradicere videtur.

Obſ. In omnibus, quotquot obſervavi, individuis *Sphærulas* e diſco ad dimidium & ultra (per lentem) prominentes vidi, quæ vero in Iconibus a *Bulliardo* & *Boltonio* præſtitis ſubſtantiæ totæ inmerſæ exhibentur! An forte dantur, quoad Sphærularum *ſitum* duæ diverſæque, ſibi ceterum ſubſimiles, ſpecies? forte & quoad locum natalem diverſæ.

An Peziza *coriacea*, exigua, glabra, cinerea, nec fragilis, in ſtipitem elongatum, concolorem deſinens: cratera complanato-cupulari, pulverulenta. *Bull. Champ. p. 258. Tab. 438. f. 1.*, quæ etiam in ſimeto creſcere dicitur, etiam ad hocce genus pertinet, aut modo prioris *varietas* junior?

† *Species dubiæ.*

13. Sphæria *paraſitica*, ſimplex, ſtipitata, capitulo ovali. *Woodward* apud *Withering botan. Arrangem. of Brit. plants. Vol. III. p. 457.*

Clavaria *paraſitica*, clavata, nigra, ſimpliciſſima, ſtipite tereti, corpore oblongo tereti obtuſo papilloſo. *Willd. Fl. berol. prodr. p.* 405. *Withering* l. c. paraſitic clab-tox.

Obſ. Quoad formam externam & colorem omnino convenit cum *Sphæria ophioglosſoides*, ſed cum in allegatorum Auctorum deſcriptionibus coloris illius characteriſtici *flavi* nulla mentio facta eſt, nil certi hac de re diſceptare poſſum. In *Lycoperdo* quodam ſubterraneo habitare dicitur.

14. Sphæria *cupreſſiformis*, ſubſimplex ſtipitata, capitulo conico. *Woodward* apud *Withering bot. Arrang. Vol. III. p.* 457.

Clavaria cupreſſiformis *Withering. l. c.*

Lichen-agaricus, nigricans, cupreſſiformis, ramoſus & non ramoſus, lignis aridis aduaſcens. *Mich. gen. pl. t.* 55. *f.* 5.

Obſ. An revera ſpecie a Sphæria *Hypoxylon* var. β. diverſa, cujus nonnulla ſpecimina unius ejusdemque ceſpitis etiam ſimpliciſſima ſunt & conica? Vid. Iconem ibi citatam.

15. Hypoxylon *loculiferum*, cauleſcens nigrum ſuper ramis criniformibus ſparſos gerens locellos. *Bull. Champ. p.* 174. *Tab.* 495. *fig.* 1.

Hab. in locis ſuffocatis, ad quisquilias.

Obſ. Niſi *Sphærulæ* in alio vegetabili, *Rhizomorphæ* quadam ſpecie forte ſint paraſiticæ; hæcce ſpecies, dum Sphærulas nudas diſtantes in ramis filiformibus gerit, inter Fungos ſingulares & memoratu dignos merito numeranda eſſet, ejusque nomen, nec non

differentia ſpecifica meliori forte modo ſic eſſe poteſt: Sphæria *ſetacea:* ramoſiſſima: ramis ſetaceis ſphærulas nudas (ſparſas) proferentibus.

16. Sphæria *clavata*, ſtipes indiviſus, cylindricus obtuſus, ſolitarius. *Scopoli Pl. ſubter. Tab. XVII. f. 1.* in *Diſſ. ad Hiſt. natur. pert. Pars 1. p. 100.*

(Sph. *ſubterranea:* pendula? incraſſata, rugoſa rubra.)

Subſtantia lignoſa, rugoſa, rubra, punctata; punctis rotundatis & angulatis. Puncta hæc Microſcopio ſubjecta, ſunt foveolæ nigro polline plenæ, vel Fungilli petiolati nigri. *Scopoli* l. c.

17. Sphæria *riccioidea*, coriacea ramoſa fulva, in ramos ſubdiviſos expanſa. *Bolt. Funguſſ. Tab. 182.*

(Sph. *riccioidea:* ramoſa depreſſa fulva: ramis ſubdiviſis centrifugis.) An ad hanc *Sphæriæ* familiam pertinet?

„ From a centre it ſhoots out into a circular figure numerous ſimple bifid, or trifid branches of a hard and leathery and white ſubſtance. „

„ The Seed-veſſels are ſmall, not viſible to the naked eye — and make prominent tubercles on its ſurface. „

„ The plant adheres firmely to the wood by the whole breadth of its unterſide. On opening the ſeeds veſſels of young plants, I found them full of a white gelly; thoſe of the old contained brown globular ſeeds, or where empty. On the branches of ſallow and Haſle trees. „ *Bolton* l. c.

Hericium.

Pileus (analogus) nullus; *Caulis* ſimplex aut ramoſus *ſubulis* obtectns.

* *Caule in ramos manifeſtos diviſo.*

1. H. Clathroides: *cinereum, ramis anaſtomoſantibus: ſubulis filiformibus unilateralibus.* *

Hydnum *clathroides*, *Pallas Reiſe durch verſchiedene Provinzen d. ruſsiſch. Reiches. 2ter Th. Tab. K. Fig. 3.*

Hydnum *clathroides*, ſtrigoſum ramoſiſſimum, hinc papilloſum, inde villoſum. *Gmel. Syſt. Nat. Linn. Tom. 2. p. 1440.*

Deſc.. „ *Stipes* cineraſcens, ſtrigoſus, ſubſtantiæ mollis ſubcoriaceæ. *Truncus* a baſi multifidus, ramoſiſſimus: ramis faſciculatis crebro anaſtomoſantibus. Tota ſtirps altero latere nuda, papillis minutis magis minusve muricata; altero latere per truncum & ramos omnes villis aliquot lineas longis confertiſſimis, filiformibus, attenuatis obſita atque hirta. — Inventa ſpecimina plurima ad truncos putridos in pineto kosmalenſi circa *Obum* fluvium. „ *Pallas* l. c.

2. H. coralloides: *magnum ramoſiſſimum: ramis confertis incurvis, ſubulis terminalibus ſubfaſciculatis reflexis.*

Hericium Coralloides. *Verſuch einer ſyſtemat. Einth. der Schwämme*, in *Röm. N. Bot. Mag. B. I. p. 109.*

Hydnum coralloides. *Schæff. Fung. Bav. Tom. II. Tab. CXLII.*

Hydnum *ramoſum*, maximum ſeſſile, ceſpitoſo-ramoſum, e candido flavicans, nec coriaceum, aculeis gracilibus gradatim pendentibus. *Bull. Champ. pag. 305. Tab. 390.* (Icon. optima.)

Hydnum *coralloides*, ramoſiſſimum, candidum, aculeis longis terminalibus. *Willd. Floræ Berol. prodr. p. 396.*

Hydnum *coralloides*, ſtipitatum albidum ramoſiſſimum; ramis compreſſis, apicibus deflexis. *Dickſ. Pl. cryptog. Brit. Faſc. I. p. 19.*

Hydnum coralloides. *Scop. Fl. carn. Ed. 2. Tom. 2. pag. 472.*

Clavaria ramoſa, extremis ramulis teretibus, ſubulatis, recta deorſum deſcendentibus. *Scop. Fl. carn. Ed. 1. pag. 61.*

Fungus muſcoſus albus, villis patentibus ruſciformibus. *Boccone Muſeo di Fiſica e di Eſperienze p. 303. Fig. 7.*

Deſc. Autumno magnitudine inſigni, 1—2 pedali, e truncis pendulum invenitur. *Caulis* incraſſatus; *rami* pro ratione anguſti, ſed hoc multitudine compenſant, flexuoſi, *ramuli* recurvi.

Subulæ tenues e ramorum majorum latere exteriore utplurimum prominent, & ſubhorizontales ſunt, ſubbreves; ſuperioriores rectæ terminales, congeſtæ faſciculatæ, incurvæ, ſcopæformes, & dimidiam unciam longæ.

Fungi *color* primo albidus, dein palleſcit, in exſiccatis ſpeciminibus fere rufeſcit. *Subſtantia* carnoſa.

3. H. abietinum: *erectum, ramis ſubæqualibus, ſubulis tranſverſis ſubdiſtichis.*

Hydnum *abietinum*, albidum ramoſiſſimum: ramis ſubteretiuſculis attenuatis, aculeis parallelis horizontalibus. *Schrader Spicil. Fl. germ. pag. 181.*

Hydnum *laciniatum*, ramoſum niveum, aculeis parallelis unilateralibus. *Leers Fl. herb. pag. 276.*

Echinus ramoſus, aculeis parallelis. *Hall. Stirp. helv. Ed. 2. Tom. 3. p. 148.*

Fungus ramoſus abietinus niveus. *Boccone Muſeo di Fiſica 304. Fig. 2. — Barell. Pl. per Gall. Hiſp. & Ital. obſ. Fig. 1257.*

Agaricum eſculentum, album, ceſpitoſum, multifidum & denticulatum, denticulis aſperis. *Mich. N. Gen. pl. pag. 122. Tab. 64. Fig. 2.*

Coralloides Abietina nivea procerior. *Tournef. Inſt. R. herb. p. 564.*

Cornu cervi calcinatum. *Van Sterbeck Theat. Fung. Tab. 27. fig. G.*

Obſ. Pini Fagique truncos incolit, antecedente minus; ejus vero *rami* craſſiores ſunt & diſtincti, qui baſi *ſubulas* exſerunt unilaterales, apice vero parallelas oppoſitasque. An hujus varietas ſolummodo ſequens Fungus?

β. Hydnum *ſtalactitium*, ramoſiſſimum, trunco communi craſſo ligno inmerſo, ramis ramulisque infinitis, omnibus conicis acutis, undique cuſpidibus lateralibus patentibus obſeſſis. *Schrank Reiſe nach den ſüdl. Gebürgen von Bayern, p. 130.*

4. H. Flagellum: *ſubterraneum, trunco elongato ſubtenui, ſubulis exiguis ſtellatis.* *

Manina *Flagellum*, truncus ramoſus, aculeis terminalibus exiguis ſtellatis. *Scopoli Plantæ ſubterraneæ* in *Diſſ. ad Hiſt. nat. pertin. P. 1. p. 97. Tab. XI.*

„ Truncus inermis. Rami aculeis tenuibus. Color albus. „ *Scopoli* l. c. p. 98.

5. H. nudicaule : *ſubterraneum, ramis tenuiſſimis anaſtomoſantibus nudis : ſubulis terminalibus faſciculatis.* *

Manina *ramoſiſſima*, rami longi plures, anaſtomoſantes, ſuſtinent corpus ſubrotundum, aculeos parallelos undique emittens. *Scopoli Pl. ſubterr. &c. p. 98. Tab. XII.*

Deſc. „ Fungus ſemipedalis etiam, albus, pulcherrimus, pendens e congerie ramorum, quorum diviſiones & anaſtomoſes Venam portæ quodammodo referunt. Idem in lobos diſſectus eſt, e quibus aculei longi deſcendunt plurimi inæquales, paralleli. „ *Scopoli* l. c.

6. H. Muſcoides: *ſubterraneum, ramoſiſſimum: ramis æqualibus divergentibus undique ſubulis obtectis.* *

Manina *muſcoides*, rami teretes, undique aculeati. *Scop. Pl. ſubterr. &c. p. 99. Tab. XVI.*

Deſc. „ Subſtantia Fungi ſtatim ſupra radicem in plures ramos dividitur albos, dilatatos, denuo ramoſos. Color fungi albus eſt, ſubſtantia ut in aliis ſpongioſa. Aculei undique nati & rami diffuſi, habitum Lycopodiorum aut Hypnorum quorundam plantæ huic conciliant. „ *Scopoli* l. c. p. 100.

* * *

Obſ. An ad hocce genus hancque diviſionem quoque pertinet *Clavaria criſpa Wulfenii?* (*) cum ill. Vir de illa dicit: „ Ex lateribus vidi nonnunquam *aculeos* molles, inæquales, horizonti parallelos enaſci, affinitate quadam cum *Hydnis.* „

** *Caulis ſimplex, apice ſubulis congeſtis obſitus.*

7. H. Caput Meduſæ: *trunco craſſo brevi, ſubulis undulatis contortis.* *

(*) Jacq. Miſcellanea auſtriaca Vol. 2. p. 100. Tab. 14. Fig. 1.

Clavaria *Caput Meduſæ*, alba, diviſionibus numeroſiſſimis, ſimplicibus, gracillimis ſupra baſin carnoſam confertis. *Bull. Champ. p. 210. Tab. 412.*

An Fungus ſetaceus. *Boccone Muſ. di Fiſ. 303. Fig. b.* etiam hujus loci?

„ Supra ligna ſemiputrida naſcitur. Diviſiones prima ætate fere verticales (ſtrictæ), niveæ, ætate provecta nutantes dilute cinereo ſuligineæ „ *Bulliard.*

8. H. Erinaceus: *cordiforme, trunco incurvo laterali, ſubulis longiſſimis pendulis.* *

Hydnum *Erinaceus*, majus convexum, e candido flavicans, nec coriaceum; aculeis longiſſimis gradatim dependentibus. *Bull. Champ. p. 304. Tab. 34.*

Hydnum *Erinaceus*, ſubacaule convexum cordiforme pendulum albidum, aciculis imbricatis, apice ſubulatis, luteo-fuſcis. *Dickſ. Pl. cryptog. Faſc. 2. p. 24.*

„ In Avercubus vivis paraſitat, ut plurimum ſeſſile interdum in formam ſtipitis lateralis plus minus elongati „ *Bulliard.*

Var. *β. ſubterranea, lobata.*

Manina *cordiformis*, fungus petiolo laterali breviſſimo, diviſus in lobos echinatos: aculeis longis, deſcendentibus, parallelis. *Scop. Pl. ſubterr. Tab. X.*

„ Totus albus, craſſo & brevi ſtipite lateraliter lignis adfixus. Lobi & aculei imbricati. Subſtantia ſpongioſa. „ *Scopoli* l. c.

9. H. Hyſtrix: *album, caule tereti, ſubulis longiſſimis erectis ſubdivergentibus.* *

Hydnum *hyſtricinum*, ſubclavatum, album termino clavato-bulboſo, aciculis elongatis, validis, ſubulatis,

patenti-arrectis echinato. *Batſch. Elench. Fung. p. 113.* — *Gmel. Syſt. Nat. Linn. T.* 2. *p.* 1440.

Coralloides Hyſtricis forma. *Tournef. Inſt. Rei Herb.*

Agaricum eſculentum album, clavæ effigie, aculeis longis innoxiis, munitum. *Micheli Nova Gen. Pl. p.* 122, *Tab.* 64. *Fig. I.*

Var. β. H. *ſcoparium:* caule incurvo, ſubulis ſubfaſtigiatis.

Fungus erinaceus, albus eſculentus. *Bocconi Muſeo di Fiſica* 307. *Fig.* 1.

10. H. Echinus: *flavum, caule craſſo, ſubulis longis erectis fiſtuloſis.* *

Martella *Echinus*, craſſus divergens, ſtipes terminatur aculeis longis, rectis, fiſtuloſis. *Scop. Fung. rar. Hungar.*, in *Anno IV. hiſtorico-natural. pag.* 151.

„ Circa *Schemnizium.* Habitus & ſtatura omnino eadem ac Agarici eſculenti, &c. *Mich. Gen. pl. T.* 64. *f.* 1. (*Hericium Hyſtrix.*) Sed in noſtro color eſt flavus, & aculei non pleni, quos in charactere *Martellæ* poſuit *Adanſonius*, ſed omnino cavi & fiſtuloſi. „ *Scopoli.*

Merulius.

(Hujus generis Familia ſolummodo *clavæformis*, pileo nimirum cum ſtipite in formam obconicam, ſimilarem confluente, quamque etiam ut peculiare genus ſub nomine: *Gomphus* forſan non inmerito a ceteris *Meruliis* disjungere licet.)

1. M. violaceus: *violaceus, caule ſimplice ramoſoque, margine flexuoſo, latere venoſo.*

Merulius clavatus. *Obſervat. Mycol. P. I. pag.* 21.

Hab. in ſylvaticis, locis graminoſis.

Deſc. Nunc ſolitarie, nunc ceſpitoſe creſcit 2 uncias elongatus, 3 lineas & ultra latus, ſurſum incraſſatus, apice truncatus: *diſcus* depreſſus ſterilis tubtomentoſus quaſi, *margo* nunc integer, nunc exciſus. *Caulis* ad latera pruina obtectus ſeminali, *plicisque* inſtructus venoſis tenuibus, baſi albicans, medio nonnunquam ſubincurvus, apice nunc ſimplici nunc ramoſus, & quidem hoc, in ſpeciminibus unius ejusdemque faſciculi ſæpe obtinet.

2. M. carneus: *gregarius dilute ruber: diſco ſtriato ochraceo:* *

Elvela *carnea*, cauleſcens, ſolitaria & ceſpitoſa carnoſa; pileo primum clavato, ſuperne truncato, ochraceo, ad latera ſtriato, plicato, ſubpurpureo, demum infundibuliformi, margine lobato, repando criſpo, intus luteo, ſtriato extus purpuraſcente, longitudinaliter rugoſo; petiolo tereti, brevi, pleno. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. pag. 106. Tom. II. Tab. CLXIV.*

Auguſto & Septembri in ſylvis cæſiis circa truncos arborum putridos oritur. *Schæff.*

3. M. purpuraſcens: *gregarius purpuraſcens: diſco lævi luteſcente.*

Elvela *purpuraſcens*, ſubacaulis ſolitaria, & ceſpitoſa, carnoſa; pileo primum clavato, ſuperne truncato, demum infundibuliformi, margine lobato, repando, criſpo, inæquali, intus pallide luteo lævi, extus obſolete purpureo, longitudinaliter rugoſo; petiolo breviſſimo aut nullo. *Schæff. Fung. bav. Tom. IV. pag. 109. Tom. III. Tab. CCLXXVI.*

„Videtur eſſe varietas *Elvelæ carneæ*, a qua differt colore extus purpureo-nigricante, intus pallide luteo aut ſtramineo, ſtriisque intus nullis. — Loco ceterum temporeque natali convenit.„ *Schæffer* l. c. p. 110.

4. M. umbrinus: *ceſpitoſus ſtriatus undique umbrinus.* *

Clavaria *Elveloides*, ceſpitoſa, caulibus ſimpliciſſimis, craſſiſſimis baſi unitis, obverſe pyramidatis ſtriatis. *Von Wulfen in Jacq. Miſcell. auſtr. Vol.* 2. *p.* 99. *Tab.* 12. *Fig.* 5. *Linn. Syſt. vegetab. pag.* 980.

In pinetis habitare dicitur.

Obſ. I. Clavaria *elveloides Dickſoni* (*Pl. cryptog. brit. Faſc. I. p.* 21.) quoad deſcriptionem adjectam differre videtur; & forte diſtincta ſpecies eſt, cum fungus adultus lignoſus, ramoſus compreſſus, ejusque color albidus aut ſubluteus affirmatur.

Hæ tres poſteriores ſpecies forma in univerſum conveniunt, ſed *colore*, nec non loco natali inter ſe diſcrepant, cujus in determinatione fungorum omnino ratio habenda eſt, cum ſæpe in ſpeciebus unius ejusdemque diviſionis tam pauci adſunt characteres peculiares a forma deſumendi, quibus diſtingui poſſunt.

Obſ. 2. Clavaria *cornuta*, ramoſa, ramis ſimplicibus, conoideis, plano-truncatis *Wulfen.* l. c. *p.* 98. *Tab.* 14. *fig.* 2. accuratiori adhuc ſubjicienda eſt obſervationi, num vera ſit *Clavariæ* ſpecies, ſeu ad hocce quoque pertineat genus; habitu ſaltem a ceteris recedit Clavariis, colore cum *Merulio violaceo* convenit.

Leotia.

Pileus æqualis, ſuborbicularis; margine libero ſubinvolutus.

1. L. circinans: *confluens carnoſa ſubſpadicea, pileo hemisphærico connexo.*

Prov. in pinetis autumno, ubi ad terram in circulum, 3 — 4 pedalem nonnunquam, gregario creſcit.

Deſc. Stipes deorſum ſubincraſſatus, pulverulentus e fuligineo rufus, baſi obſcurior, radiculis albidis terræ adnatus, apicem verſus plicatus; 1½ unc. longus, 3 lineas fere craſſus.

Pileus primo globoſus, lividus, ſubhumidus, undique lævis, demum hemisphæricus, undulatus, hinc inde lacunoſus, margine inflexo a ſtipite parum diſtat, 4 lineas latus, colore ſubcinnamomeus.

2. L. lubrica: *flavo-virens, ſubtremelloſa, pileo convexo, ſtipite lævi, craſſitudine æquali.*

Leotia lubrica in *Röm. N. Bot. Mag. p. 97.*

Phallus *lubricus*, gelatinoſus flavus, pileo margine inflexo, lobato. *Flora Danica Tab. DCCXIX.*

Helvella *gelatinoſa*, ſtipite fiſtuloſo, baſi turgido, pileo fornicato, ſupra lævi, intus gelatinoſo ſubtus undulato. *Bull. Champ. Tab. 473.* (Varietas?)

Agaricum gelatinoſum, petiolatum, capitatum, flavum. *Hall. Stirp. helv. Ed. 2. n. 2269.*

Prov. gregaria autumno in faginetis non infrequens ad terram.

Deſc. Stipes ſubſolidus, lævis, aut ſquamulis minutis obtectus, 2 unc. fere longus, 2 — 3 lin. craſſus, demum

ſubcompreſſus. *Pileus* globoſo-hemisphæricus, ſubſtantia mollior, adultus margine undulatus, exſiccatus plicatus, in ſtatu decrepito, aut putreſcente membrana atro-viridi facile deſumenda obtectus. Ejus particula, lenti valde augenti ſubjecta, *thecas* oblongas ſiſtit.

3. L. marcida: *flavo-virens, ſubtremelloſa, pileo planiuſculo repando, ſtipite longiſſimo deorſum attenuato.* *

Phallus *marcidus*, flavus, pilei margine inflexo, ſtipite flexuoſo lnngiſſimo baſin verſus attenuato. *Fl. Dan. Tab. DCLIV. Fig.* 1.

Hactenus in ſylvis noricis inventa.

4. L. tremula: *flavo-virens ſubtremelloſa, pileo excavato.* *

Clavaria tremula. *Holmsk. Coryph. pag.* 27. (ubi vero nonnullæ figuræ penultimam ſpeciem partim exhibent).

Elvela lubrica. *Scop. Fl. carn. Ed.* 2. *Tom.* 2. *p.* 477.

Helvella *revoluta*, pileo plano-depreſſo, margine revoluto, integerrimo, ſtipite fiſtuloſo compreſſiuſculo. *Afzelius Beſchreibung der Schwammgattung Helvella in den N. Schwed. Abhandl. B. IV.* — *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T.* 2. *p.* 1440. — *Schrank bayerſche Fl. T.* 2.

Helvella *clavata*, ſtipitata, pileo margine deflexo, petiolo ſubcompreſſo. *Dickſ. Pl. crypt. Brit. Faſc.* 1. *p.* 19. (ob ſynonyma allegata, ubi vero illud *Schæfferi* excludi debet).

Peziza *cornucopiæ*, ſtipitata tubæformis, punctata. *Hoffm. veg. cryptog. Faſc.* 2. *Tab. VI. fig.* 1.

Leotia gelatinoſa capitulo ſubviridi. *Hill. Hiſt. of Plants p.* 43. (quoad deſcriptionem).

Fungus gelatinoſus flavus. *Vaill. Bot. par. p.* 58. *Tab.* 13. *Fig.* 7—9.

Fun-

Fungoidaſter parvus, gelatinoſus, lubricus, pileolo ſubviridi, oris ſubtus repandis, pediculo aureo ſiſtuloſo. *Mich. Nov. Gen. Pl. p. 201. Tab. 82. Fig. 2.*

In ſylvis abietinis habitare dicitur.

Obſ. 1. Hæ tres ſpecies quoad colorem & ſubſtantiam ſibi ſimiles, & b. *Holmskiold* (l. c. pag. XI.) ad eas ut varietates unius ejusdemque ſpeciei habendas propenſus videtur, verum ſecundum nonnullos characteres eſſentiales, uti ex Auctorum laudatorum deſcriptionibus, nec non iconibus apparet, omnino inter ſe diſcrepant. *Leotia marcida* nimirum pileo multo minore, quaſi angulato, & ſtipite longiſſimo ſed valde tenui, inprimis baſin verſus, ſeſe diſtinguit. *Leotia lubrica* & *tremula* reſpectu magnitudinis & formæ quidem conveniunt, verum illius pileus integer convexus lævis eſt, hujus diſco excavatus, & nonnunquam ſubtuberculoſus perhibetur.

Obſ. 2. An etiam ad hocce genus, ut peculiaris ſubdiviſio: *pileo ovato, ſ. oblongo*, referri poſſunt: *Mitrula Heyderi* (*in Neues Bot. Magazin B. I. p. 116.*) *Phallus conicus*, (*Flora Dan. Tab. DCLIV.*), *Clavaria phalloides Bull.* & *Clavaria epiphylla Dickſ.*? Verum pileus in Phallo *conico* ſtricte campanulatus eſt, nec margine revolutus; & *Clavulæ* in duabus poſterioribus ſpeciebus intus cavæ, & baſi cum ſtipite continuæ videntur, nihilominus earum habitus a ceteris *Clavariis* tantopere differt, ut cum his conjungi poſſint hæ ſpecies. Dijudicationis ergo, & ut tanquam fungi clavæformes hic quoque recenſeantur, nec non eorum in gratiam, qui eos libros, in quibus deſcriptæ proſtant, forte non poſſident, differentias ab earum Auctoribus exaratas apponere licet:

Clavaria *Phalloides*, fragillima, ſimplex, fiſtuloſa; ſtipite niveo undulato: apice capitato, ovato-oblongo aurantio. *Bull. Champ. p.* 214. *Tab.* 463. *Fig.* 111.

„ Super folia ſemiputrida ut plurimum copioſiſſima & gregaria naſcitur; apex aliquando bifidus. „ *Bulliard.*

Clavaria *epiphylla*, clavata integerrima, capite obtuſo cavo rubro. *Dickſ. Pl. cryptog. Brit. Faſc. III. p.* 22. *Tab. IX. Fig.* 10.

„ Hab. in paludibus, in foliis dejectis ſemiputridis. — Fungus unciarum duarum aut trium altitudine; ſtipes pallide luteus. „ *Dickſon* l. c.

Phallus *conicus*, pileo campanulato fuſco, margine ſubſinuato, ſtipite tereti fiſtuloſo (*l. c.*). (De *Phallis* veris ne unicum in ſe continet hujus generis characterem, ob pileum æqualem, nec inflatum etiam a *Helvellis*, quibus ceterum affinis, recedit.)

SPATHULARIA.

Pileus compreſſus ſubmembranaceus, *latere* utrinque in ſtipitem decurrens.

Sp. flava: *Diſpoſ. method. Fung. in Röm. N. Bot. Magaz. B. I. p.* 116.

Elvela clavata. *Schæff. Fung. bav. Tab. CXLIX. Fig.* 1. 3. & 4. (excluſis ſynonymis).

Clavaria ſpatulata glabra. *Schmiedel Icon. plant. & Anal. part. Tab. L. Fig.* 1.

Clavaria *ſpathulata*, capite compreſſo, dilatato, ſtipite rugoſo. *Flora Dan. DCLVIII. Retz. Fl. Scand. prodr. pag.* 252.

Clavaria *ſpatulata*, einfach gelb, keulenförmig: die Keule blattförmig zuſammengedruckt. *Schrank Bayerſch. Fl. T.* 2. *p.* 570.

Clavaria *ſpathulata*, lutea, clava compreſſa, dilatata, ſtipite rugoſo. *Mull. Zoolog. dan. prodrom. pag.* 256. & in *Beſchäftigung. der Geſellſch. Nat. Fr. in Berlin B. I. p.* 168.

Clavaria *ſpathulata. Dickſ. Pl. cryptog. Brit. Faſc. I. p.* 19. — *Wither. Bot. Arrang. of Br. plants. Ed.* 2. *Vol.* 3. *pag.* 450.

Helvella *ſpathulata*: pileo verticali, baſi adnata, utrinque deorſum porrecta, ſtipite inſerto. *Afzelius de Helvellis* in den *N. Schwediſch. Abhandl. B. IV.*

β. Helvella *feritoria*, ſtipitata, ſtipite cylindrico albido, pileo venoſo inflato. *Bolt. Funguſſ. p.* 97. *Tab.* 97.

Prov. autumno ut plurimum in pinetis ad terram, nonnunquam circinatim, plerumque vero in ſeriem longam creſcens; colore pallide flava, 2 uncias ut plurimum longa, 2 — 3 lin. craſſa, tota glabra; concuſſa, ſemina elaſtice in auras fumi ad inſtar avolant.

Obſ. Ad diverſas hujus ſpeciei extantes icones ſi judices, pro diverſo loco natali forma parum variare videtur, & *Helvellam feritoriam Bolt.*, ſi figura cum natura congruat, ob ſtipitem *album* & pileum *inflatum* plusquam meram *varietatem* eſſe, videtur.

Non ſolum, uti jam ſupra eſt adnotatum, b. *Mullerus Sphæriæ* nonnullas ſpecies ob gelatinam vermiculatim e capſulis erumpentem ad *Vermes* amandavit; ſed & huncce fungum & nonnullas alias clavæformes ſpecies, de quibus nemo hoc opinabitur, inter vermes, collocavit, & quidem inter familiam: *Cellularia* „ compoſita, cruſta condita gemmaſcentia „; imo ad finem Introductionis,

(in Libro allegato) adhuc dicit: *Elvelæ* & *Phalli* ſpecies, *Sphæria* & *Trichiæ* mucidarumque pleræque huc ſorte referendæ, motum atomorum vero ſpontaneum in iis nondum vidi.„

Geoglossum.

Clavula carnoſa ut plurimum compreſſa, *margine* prominente ſtipite contigua.

1. G. glabrum: *nigreſcens glabrum.*

Geogloſſum glabrum, in *Röm. N. Bot. Mag. B. I. p. 116.*

Clavaria *ophiogloſſoides*, clavata integerrima compreſſa obtuſa. *Linn. Syſt. Veg. Ed. XIV. p. 980.* & *Syſt. Nat. Ed. Gmel. Tom. 2. p. 1443.*

Clavaria *ophiogloſſoides*, ſimplex coriaceo-molliuſcula, nigra, glabra apice ſpathulaceo. *Bull. Champ. p. 166. Tab. 372.*

Clavaria *ophiogloſſoides*, ſubſolitaria, ſimplex, carnoſa, duriuſcula, nigra, ſuperne incruſtata, inferne teres, gracilis, intus plena. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 123. Tab. CCCXXVII. Fig. VI — VIII.*

Clavaria ophiogloſſoides. *Bolt. Funguſſ. p. 111. Tab. CXI. Fig 2.*

Clavaria *ophiogloſſoides*, nigra clava compreſſa obtuſa. *Mull. Zool. dan. prodrom. n. 3097.*

Clavaria *ophiogloſſoides*, ſimplex, ſpathulato-lanceolata, compreſſa, glabra — *var. α. Batſch. El. Fung. p. 135.*

Clavaria nigra. *Lamark Fl. franç. Tom. I. p. 125.*

Prov. autumno in faginetis, & paſſim in pratis montoſis ſubpaludoſis.

Obſ. Hoc de fungo adhuc inquirendum, utrum quæ ſub hoc nomine in Botanicorum ſcriptis recenſitæ ſpecies unam eundemque indicent nec ne; *ſubſtantia* interna enim *Schæffero* & *Boltonio* dicitur *alba*, quam alii mecum nigram viderunt, *color* porro utplurimum *niger* depingitur & deſcribitur, quem his in regionibus potius obſcure ſpadiceum obſervavi; ſuperficies a plerisque *lævis* perhibetur, in paludoſis hercynicis interea nonnulla inveni ſpecimina (tota nigra) quorum ſtipites *ſquamulis* minutis obſiti fuere. A ſequente vero, quo cum ab aliis commiſcetur, ob hirſutiei defectum ſatis ſuperque removetur. — Nonnulla hujus fungi individua chartæ impoſita ſemina pulveris nigri ad inſtar, uti hoc in *Peziza inquinente* quoque obtinet, exſudantia *Buillardus* (l. c. p. 197.) obſervavit.

2. G. hirſutum: *ſubfaſciculatum hirſutum nigrum, clavula compreſſa.*

Clavaria ſimplex hirſuta. *Schmiedel Icones Pl. p. 92. Tab. XXV. Fig. 1—19.* (excluſ. Synonym.)

Clavaria ophiogloſſoides. *Holmsk. Coryph. p. 18. icones.*

Clavaria *atra*, clavata integerrima, ſubcompreſſa tomentoſa atra. *Schrader* apud *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom.* 2. *p.* 1443.

Clavaria atra *Humb. Fl. frib. ſpec. p.* 114. ob diverſum locum natalem, & quoad deſcriptionem adjectam omnino diverſa ſpecies eſſe videtur.

Hab. tempore autumnali in faginetis, pratis, gregarie, ut plurimum quoque, nonnullis ſpeciminibus baſi connatis, faſciculum exhibet. Singulus fungus 2—3 unc. longus, 2 lin. craſſus; colore nigerrimus;

ubique pilis deciduis obtectus. *Stipes* teres ſubincraſſatus, *clavula* compreſſa, ſubelliptica, eam nonnunquam vidi tam auguſtam, ut latitudine ſtipitem vix ſuperet.

3. G. capitatum : *ſparſum tomentoſum nigrum ; clavula plicata ſubrotunda.*

Geogloſſum capitatum. *Obſervat. Mycol.* P. *I. p. 11.*

Clavaria ophiogloſſoides. *Schæff. Fung. Bav. Tab. CCCXXVII. Fig. 1.?* (quoad formam.)

Clavaria &c. *Schmiedel Icones Pl. T. XXV. Fig. 11-22.* ſic & *Figuræ* b. c. d. apud *Holmskiold* cum ejus Cl. ophiogloſſoides ſimul pictæ non male noſtram exprimunt ſpeciem.

Clavaria *pedunculata*, ſimplex; pedunculata; ſtipite elongato, gracili hirto; capitulo valido ſubovato. *Batſch. El. Fung. p. 135. — Mich. Gen. Pl. Tab. 87. fig. 8.* (etiam hujus loci eſſe videtur.)

Obſ. Loco natali, colore & hirſutie cum antecedente quidem congruit, ſed magnitudine, minor enim eſt, *ſtipite*, qui tenuior, nec non *clavula*, quæ forma mutabilis quidem, ſed ſubrotunda rarius orbiculato-compreſſa, plicata eſt, a G. *hirſuto* differt.

4. G. glutinoſum: *ſubfaſciculatum, nigricans, clavula ſubelliptica (canaliculata); ſtipite viſcoſo.*

Geogloſſum glutinoſum. *Obſervat. Mycolog.* P. *I. p. 11.*

β. *ſylveſtre :* ſpadiceo-nigra, clavula ſtipiteque viſcoſo.

Hab. in locis montoſis graminoſis. β. in faginetis inveni.

Deſc. Stipes unc. 1 fere longus, 1—2 Lin. craſſus, baſi, ſi e terra extrahitur, villo albido quaſi obtectus,

ſuperficie lævis, nec ſquamuloſus glutine denſo obtectus. *Clavula* 4 lineas & ultra longa, medio 2—3 lin. lata, compreſſa, glabra, vix viſcoſa, recenti in ſtatu ad olivaceum vergere videtur, exſiccata vero tota nigra.

Varietatem β. raro in ſylvis obſervavi inter folia decidua; parum minor videtur, nec ceſpitoſe creſcit, ejusque *ſtipes* non tam glutinoſus, contra & *clavula* etiam viſcoſa fuit, quæ quoad formam ceterum ſimilis, etiam canaliculata reperitur.

5. G. viſcoſum: *anguſtum, teres viſcoſum nigrum, ſubincraſſatum.*

In pratis montoſis apricis, a Dom. *Heyder* primo detectum.

Obſ. Inter minores hujus generis pertinet, etiam quoad formam a ceteris deflectit ſpeciebus, *clavula* nimirum ubique teres & cum *ſtipite* confluit. Totus fungus 1½ unc. longus, lin. 1. craſſus, ſenſim incraſſatur, apice obtuſus, ubique viſcoſus, aëre ſcilicet humido. Niſi hancce ſpeciem tribus annis continuis tali forma inſtructam hactenus obſervaverim, putaſſem, eam ſolummodo pro *Geogloſſi glutinoſi* varietate ſumendam eſſe.

6. G. purpuraſcens: *atropurpureum, glabrum, clavula compreſſa lævi.*

Clavaria mitrata. *Holmsk. Coryph. p.* 21. *Icones.*

β. ventricoſum, clavula craſſa, plicata.

Clavaria *atro-purpurea*, ſimplex clavata; tereti-pliculata, valida, cute glabra, fulvo-atra. *Batſch. El. fung. p.* 134. *Tab. XI. Fig.* 47. — *Gmel. Syſt. Nat. Lin. p.* 1443.

Prov. gregarie in pratis montoſis, forma & magnitudine communi eſt, *clavula*, quæ ut plurimum ligulata, nonnunquam bifida obſervatur; ſquamulis hinc inde in ſtipite exceptis, glabrum, & vix viſcoſum eſt; colore amæno purpuraſcente-fuſco, in exſiccatis ſpeciminibus fere nigreſcente, a *Geogl. viridi* aliisque ſimilibus ſpeciebus facile dignoſci poteſt.

Obſ. Niſi *Clavula* in *Varietate* β., quæ ſecundum iconem, a cel. *Batſch* communicatam, plicata & unciam *unam* fere lata eſt, quæ ceterum in α. vix 3 lineas ampla, nimia aëris humiditate aliamve ob cauſam talem acquiſiverit formam & magnitudinem, pro diſtincta ſpecie jure meritoque ſumendus eſſet hicce fungus. At *Clavaria minor, atro-rufeſcens, criſpa Micheli N. Gen. Pl. Tab. 87. fig. 2.*, ab Auctore quoque huc relata, quoad iconem nimis recedit, potius *Clavariæ piſtillaris* varietas videtur.

7. G. viride: *ſubfaſciculare, viride; clavula obtuſa ſtipite ſquamuloſo.*

Geogloſſum viride. *Obſerv. mycol. P. 1. pag. 39.*

Clavaria mitrata β. *viridis. Holmsk. Coryph. p. 24.*

Clavaria *viridis*, ceſpitoſa, integerrima viridis, clavula integra rugoſa. *Schrader* in *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom. II. p. 1443.*

Clavaria *ſerpentina*, viridis, clava oblonga. *Mull. Zoolog. Dan. Prodr. p. 256. — Schrank Fl. Bav. Tom. 2. pag. 571.*

Clavaria indiviſa, viridis rugoſa & compreſſa. *Hall. Stirp. Helv. Ed. 2. n. 2205.*

Clavaria, quæ Fungus ophiogloſſoides, viridis ſerpentiformis D. Breynii. *Mich. Nov. gen. Pl. p. 208.*

8. G. olivaceum: *ſparſum ex olivaceo fuligineum; clavula acuminata ſtipite longiore.*

Geoglosſum olivaceum. *Obſ. Mycol. P.* 1. *p.* 40.

Obſ. De hiſce duabus ſpeciebus ampliorem jamjam communicavi deſcriptionem in *Obſervationum Mycologicarum Parte prima p. 39 & 40.*

Clavaria.

1. *Clavula*, aut ſimplex aut ramoſa, carnoſa teres, ſtipiti continua.

A. *Similares, farctæ ſubſtantia ubique ſubæquales.*

†. *Ramoſiſſimæ*, coralloideæ. (*)

*. *Caulis ventricoſus, ramis omnibus ſimul ſumtis craſſitudine ſubæqualis.*

Cl. formoſa: *caule ſubdecumbente craſſo albido, ramis elongatis approximatis, aurantio-roſeis: ramulis obtuſiuſculis flaveſcentibus.*

Clavaria faſtigiata. *Batſch. E. fung. Fig.* 48.? (Varietas,? color vero nequaquam convenit.)

Hab. elegans hæcce ſpecies jam mature & equidem non infrequens in faginetis.

(*) Cum poſt recentiores indagationes plures repertæ ſint ſpecies, quæ ramoſiſſimæ ſunt: ramis confertis inæqualibus, quemnam characterem *Clavaria coralloides Linn.* requirit, nihilominus vero inter ſe quam maxime diverſæ ſint, unam præcipue ſpeciem nomine: *coralloides* induere non amplius neceſſarium duxi. Hoc etiam valet de Clavaria *faſtigiata & Muſcoides Linn.*

Deſc. Caulis ſubventricoſus, albus, baſi radiculis fibroſis inſtructus, ramos laterales bulbi ad inſtar emittit, $1\frac{1}{2}$ unc. magnus, plerumque albus, ſed & cum ramis concolor invenitur. *Rami* ſtricti, ſibi approximati, 3 unc. longi extus intusque amœne rubelli; *Ramuli* nunc ſubfaſtigiati, nunc longitudine inæquales, obtuſiusculi, furcati eleganter flavi aut ſulphurei, rarius ejusdem cum ramis coloris. — Fungus ſapore eſt gratus, hinc eſculentus videtur.

2. Cl. Botrytis: *trunco craſſiſſimo decumbente, palleſcente albido; ramis breviuſculis ſubrugoſis, ramulis obtuſis rubellis.*

Clavaria acroporphyria. *Schæff. Fung. Bav. Tab.* 176.

Clavaria coralloides *var.*, alba apicibus purpuraſcentibus. *Holmsk. Coryph. p.* 117. *Icon.*

Clavaria coralloides. *α. Bolt. Funguſſ. Tab.* 113 (mala).

Clavaria *coralloides*, varietas, craſſiſſimo ſtipite, extremisque ramulis breviſſimis ac rubellis. *Scopoli Fung. rar. Hung. in Ann. IV. Hiſt. natural. p.* 150.

Clavaria *plebeja*, ramoſiſſima, ramis ſimpliciuſculis ſubovatis apice denticulatis: *Wulfen* apud *Jacq. Miſcell. auſt. Vol.* 2. *p.* 101. *Tab.* 13.? (varietas).

Deſc. Truncus unc. 1 craſſus, in adultis 2 unc. longus, difformis, albidus; *Rami* ſubcompreſſi dilatati in nondum explicatis ſpeciminibus valde rugoſi aquoſo rubri, ſubflexuoſi, divergunt, *ramuli* furcati nunc acuti, nunc obtuſi, colore multo obſcuriore rubro.

Obſ. Hæcce ſpecies lente creſcit, ſeque non ſemper plene explicat, hinc ut plurimum ab ramos compactos breves rugoſos conglomeratos ſeſe difformem exhibet,

pro meliore loci, tempeſtatisque (humidæ) conditione, *rami* formam regularem, nec non juſtam acquirunt magnitudinem, dimidio plus nimirum longiores fiunt: colore tunc multo dilutiore albido-fuligineo; hinc facile evenire poteſt, ut noſtrum fungum tali modo mutatum pro diverſa habeamus ſpecie.

3. Cl. flava: *caule craſſo albido, ramis ramulisque rectis breviuſculis læte flavis.*

Clavaria flava. *Schæff. Fung. Bav. Tab.* 175.

Clavaria coralloides, *var. flava Holmsk. Coryph. p.* 117. (ubi etiam cætera huc pertinentia *ſynonyma* perſpici poſſunt.)

Hab. in faginetis autumno.

Deſc. Caulis unciam 1 altus, 6—8 lineas craſſus, furſum dilatatus; *rami* craſſi flavescentes; *ramuli* congeſti recti ſubtenues, acuti, læte flavi, nonnunquam ſubfaſtigiati. Sapor ſubacidus. — Clavariæ *formoſæ* affinis videtur.

4. Cl. dichotoma: *flaveſcens, trunco craſſo, ramis diſtantibus dichotomis: ramulis ſubfaſtigiatis acutis.*

Clavaria coralloides. *Bull. Herb. de la France Tab.* 222.

Rariſſime eam in ſylvis vidi. *Ramis* ſparſis inter ſe diſtantibus, ſenſimque attenuatis facile dignoſcitur. *Caulis* 1½ unc. craſſus; totus fungus 3 unc. longus, *rami* furcati, *ramuli* ſimpliciter diviſi.

5. Cl. cinerea: *obconica cinerea, ramis dilatatis ſinuato-ſerratis, ramulis obtuſis ſubfaſtigiatis.* *

Clavaria *cinerea*, murina, fragillima, glabra; ramis coralloidibus, obeſis, glabris, nec fiſtuloſis: apicibus depreſſis. *Bull. Champ. p.* 204. *Tab.* 354.

„ Cette Clavaire eſt connue dans pluſieurs provinces de France ſous le nom de *Menottes griſes*, de *Ganteline* &c. on la mange auſſi &c. „ *Bulliard*. l. c. *p*. 205.

6. Cl. griſea: *cineraſcens, caue craſſo, ramis ſubrugoſis, integris, ramulis craſſiuſculis obtuſis inæqu aibus.*

Paſſim provenit in ſylvis fagineis.

Deſc. Caulis unc. 1. craſſus, erectus, 1½ unc. longus, baſi albicans, nonnunquam ſubtuberoſus. *Rami* laterales ſubincurvi, flabelliformes, ſenſim attenuati, margine integri, ſuperficie interna ſulcati, demum pulvere dilute cinnamomeo obtecti, 3 unc. longi. *Ramui* 2 — 3 fidi, pro ratione craſſi, nonnunquam unus alterve oppoſitus longior & ſubulatus obſervatur.

Huc etiam ſpectare videtur ſequens ſpecies:

Clavaria *cinerea*, terreſtris, ramis remotis apice multifidis. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauphiné Tom.* 3. *p*. 1050.

„ Haute d'un pouce & demi, remplie des rides, comme un petit arbriſſeau. „ *Villars* l. c.

* *
*

Obſ. Sequentes ob caulem craſſum etiam ad hanc diviſionem pertinentes *Schæfferi* ſpecies, aut *Cavariæ formoſæ*, aut *flavæ* ſolummodo videntur varietates:

Clavaria *flaveſcens*, ſolitaria, ramoſiſſima, carnoſa mollis; corpore craſſo, tuberoſo, multifido, inæquali albido: ramis teretiuſculis, ramoſis confertis flaveſcentibus, apice breviſſime & acute dentatis. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p*. 120 & *Tom. III. Tab*. 285.

Clavaria *aurea*, ſolitaria ramoſiſſima, carnoſa mollis; corpore craſſo, tuberoſo, multifido, inæquali albido;

ramis teretiuſculis, erectiuſculis; ramoſis, conſertis aureis, apice breviſſime & acute dentatis. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 121. Tom. III. Tab. 287.*

*** Caulis tenuis, ſ. ramis omnibus ſimul ſumtis multo tenuior.*

7. Cl. palmata: *palleſcens ſubulatacea, caule tenui ramis ſubcompreſſis palmatis, ramulis acuminatis.*

Hinc inde in faginetis reperitur. *Caulis* 2 lin. craſſus, teres; *rami* 2 — 3 unc. longi, apice digitató-dilatati; *ramuli* pungente-acuminati. Totus fungus ceſpitem 3 unc. longum totidemque latum ſiſtit. Ab hac colore modo diverſa videtur ſequens:

β. *rubella*, colore pallido diluteque rubro.

Clavaria *rubella*, ſolitaria, ramoſiſſima, carnoſa mollis rubella; corpore craſſo (?) multifido inæquali; ramis teretiuſculis, erectiuſculis, ramoſis conſertis, apice breviter dentatis. *Schæfferi Fung. Bav. Tom. IV. p. 119. Tom. II. Tab. 187.*

8. Cl. ſtricta: *ramoſiſſima flaveſcens; trunco tenui: baſi radiculis fibrilloſis; ramis ramulisque ſtrictis acutis.*

Clavaria ſtricta, in *Uſteri Annalen der Botanik. St. XV. pag. 33.*

Hab. paſſim ad truncos exſiccatos.

Deſc. Inter majores hujus diviſionis pertinet, 3 — 4 unc. longa, 2 — 3 lata; *caulis* 3 — 4 lin. craſſus, brevis, *radiculis* longis fibroſis loco natali adnatus. *Rami* ubi erumpunt, pro ratione craſſi & incurvati, ſed mox aliis appreſſi & recti, fungo maturo pulvere cinnamomeo adſperſi, apice in *ramulos* longitudine inter ſe inæ-

quales attenuati, colore opaci, ſordide & obſcure flavi ſ. ochracei.

Huic aſſinis videtur, ſed quoad deſcriptionem non eadem.

Clavaria pallida. *Schæff. Fung. Bav. Tom. III. Tab. CCLXXXVI.*

9. Cl. abietina: *ramoſiſſima obconica, ex alutaceo ſubvireſcens, ramis ſubrugoſis, trunco tenui, baſi radiculisque fibrilloſis niveis.*

β. ramis ſparſis elongatis gracilibus.

Clavaria abietina. *Verſ. einer ſyſtemat. Einth. der Schwämme* in *Römers N. Bot. Mag. pag.* 117.

Clavaria dendroides. *Heyder Pl. exſiccatæ.*

Hactenus ſolum in pinetis mihi obvia, autumno.

Deſc. Totus fungus forma inſtructus obconica, medio latior, arbuſculo ſimilis, 2 unc. longus & 1½ latus, colore primo ſordide flaveſcens ſ. alutaceus, opacus, dein, inprimis contritus, mox vireſcit. *Caulis* 4 lin. craſſus, baſi albido-tomentoſus, nec non fibrillis longis albidis terræ foliisque pineis adnatus. *Rami* recti conferti acuti, dein ſulcato-rugoſi, & *pulveri* ſeminali croceo obtecti, *ramuli* longitudine inæquales. Sapor amaricans, odor mucidus eſt.

Obſ. Clavaria *Muſcoides* β. *aurantiaca*, exigua, fragilis, glabra, coralloideo-diſſecta, veluti arborea; ramis gracillimis, ſubcylindricis *Bull. Champ. Tab. 358. f. a. b.*, quoad formam parum convenit, trunco excepto longiore, ſed color alienus, etiam radiculæ fibrilloſæ deſunt, & eam in truncis habitare, dicitur.

10. Cl. amethyſtina: *ramoſiſſima, lævis, tota violacea.*

Clavaria amethyſtina. *Holmsk. Coryph. p. 110.* (cum icone pulcherrima & deſcriptione completa).

Clavaria *purpurea*, ram. carn. purpuraſcens; corpore parvo multifido, inæquali: ramis planiuſculis, ſulcatis, apice compreſſis; breviter & obtuſe dentatis. *Schæff. Fung. Tom. IV. Tom. II. Tab. CLXXII.* (Ab *Holmskioldo* quidem huc allegata, verum color diverſus eſt, & rami uti ex differentia adjecta patet, pronuntiantur plani compreſſi, & ſulcati, quod in Clav. *palmatam* Scop., poſtea deſcribendam, potius quadrat.

Clavaria *amethyſtea*, violacea, glabra fragilis, nec fiſtuloſa, ramis teretiuſculis coralloideo diſſectis, ſuperficie lævi. *Bull. Champ. p. 220. Tab. 496. Fig.* 2. (minor modo eſt, & forma, quoad iconem, parum alia eſt).

Hab. in ſylvaticis, in ericetis inter polypodia.

11. Cl. tenacella: *faſciculata violaceo-fuliginea ſubtenax, ramis approximatis elongatis congeſtis, ramulis furcatis obtuſis.*

Hab. rarior in ericetis, ſylvis.

Deſc. Habitus faſcicularis ſubcylindricus. *Magnitudo* 2—3 unc. adæquat. *Subſtantia*, reſpectu aliarum ſubſimilium ſpecierum, ſubcartilaginea quaſi. *Color* in fungo recente obſcure fuligineus, ad violaceum tendens, dein cineraſcit. *Caulis* vix ullus, tenuis, albicans; *Rami* elongati, non valde diviſi, ſubcylindrici lin. 1 craſſi; *ramuli* breves, obtuſi, faſtigiati.

12. Cl. pyxidata: *ramoſiſſima ex pallido ſubrufeſcens, ramis, ramulisque verticillatis in tubum dilatatis.*

Prov. memorabilis hæcce ſpecies gregarie autumno poſt denſas pluvias in truncis putreſcentibus.

Deſc. Caulis tenuis pilis multis obſitus, ſolidus, 3 lineas craſſus. *Rami* tenues, copioſi ſtricti apice incraſſati, & quod peculiare; tubiforme excavati, & circa marginem, more Lichenum pyxidatorum, iterum ramos emittit eadem indutos forma; *ramuli* ultimi longitudine varii, cylindrici obtuſi.

Color in ſtatu recenti primo ſordide albidus, dein pallescente-ſuligineus, in fungo exſiccato ruſeſcit. *Sapor* haud ingratus. Hæcce ſpecies ceſpitulum exhibet muſcoideum, 3 uncias & ultra longum, 2 unc. craſſum.

13. Cl. fallax: *polymorpha, ſubramoſa fuliginea; ramulis ſubfimbriatis obtuſisque.*

Clavaria fallax, in *Uſteri Annal. d. Bot. St. XV. p. 34.* Ramaria criſtata *Holmsk. Coryph. p. 92.* etiam huc coralloides minor criſtata. *Buxb. Pl. Cent. IV. p. 39. Tab. 66. Fig. 1.*

Prov. autumno in ſylvis ad terram ſatis frequens.

De hacce ſpecie ſequentes dantur *varietates:*

α. *criſtata:* gregaria candida, ramis ſubcompreſſis, ſulcatis ſubfaſtigiatis, ramulis brevibus ſetaceis.

β. *digitata:* ſubramoſa alba, caule dilatato in ramulos elongatos digitatim diviſo.

γ. *ſphæriæfera:* ſubramoſa duriuſcula ex cæruleo cinerea, baſi nigropunctata.

De ſingulis brevem adjicere volo deſcriptionem:

Varietatem α., quæ forte propria ſpecies, autumno in viis ſylvaticis inveni; illa $\frac{3}{4}$ — 1 unc. longa; *rami* hinc inde ſulcati & ad apicem fere craſſitudine, quæ linearis eſt, æquales remanent: *ramuli* ſubnutantes, ſetacei divergentes.

β.

β. ſemel adhuc mihi obvia, hinc me latet, an forma ſit conſtans; 1½ unc. longa eſt; *caulis* baſi anguſtus, apicem verſus dilatatus; & in *ramulos* longos ſubulæformes, non amplius diviſos fiſſus, quo manum humanam, ſi ita comparare licet, nonnulla in re repræſentat hicce fungus.

γ. colore eſt valde obſcuro, inprimis baſin verſus, ex cæruleo nigreſcit; 2 unc. fere longa; *caulis* 3 lin. craſſus, elongatus, *ramos* parcos obtuſos, rugoſos exſerit, ſubſtantia durior, morboſumque exhibere videtur ſtatum, qui *Sphæriæ paraſiticæ*, eam ſparſim inhabitanti adſcribendus eſt; hinc primo intuitu quisque facile ambigeret, num ne melius hicce fungus inter *Sphærias cauleſcentes*, quam inter *Clavarias* collocandus eſſet.

Ceterum forma, qua hæcce ſpecies ſeſe utplurimum exhibet, eſt obconica, nonnunquam valde ramoſa: *ramulis* nunc fimbriatis, nunc craſſiuſculis·obtuſis; ejusque *color* paſſim albidus, in univerſum vero cinereus, fuligineus, aut ex cinereo ſubrufeſcit; altitudo ad duas uncias accedit. & 1½ unc. fere lata, *var. γ.* excepta ubi *Sphærulæ* ſub lente ſunt piloſæ, glaberrimus, & craſſitudine nec non longitudine varius.

14. Cl. fimbriata: *candida, trunco tenui villoſo; ramis ſubcompreſſis elongatis, ramulis confertis ſetaceo-inciſis.*

Calvaria fimbriata in *Röm. N. Bot. Mag. p. 117.*

Hactenus in pinetis hercynicis eam perraro obſervavi.

Deſc. Caulis teres baſi villoſus, 3 lin. craſſus, unc. 1 longus; ſinguli *rami* craſſitudine fere ipſius caulis, nec non pro ratione longi; *ramuli* vero, qua nota ab aliis facile diſtingui poteſt hæcce ſpecies, minuti, valde

diviſi, quaſi ſetacei aut ciliati. *Color* primo albus, dein palleſcit.

15. Cl. Thrichopus: *nivea caule tenui hirſuto, ramoſiſſimo, ramulis furcatis palmatisque ſubfaſtigiatis.*

Gregarie creſcit in ſylvis ad terram; 3 unc. longa; *caulis*, qui hirſutus, $\frac{3}{4}$ unc. longus, 3 lin. craſſus. *Rami* glaberrimi, equidem non congeſti; *ramuli* craſſiuſculi, non criſtati, aut ſetacei; ſed furcati, aut palmatim diviſi. *Sapor* ſubdulcis.

16. Cl. dubia: *candida ſubramoſa, caule tenui glabro, ramis dilatatis, ramulis furcatis ſubulatis ſubfaſtigiatis.*

Tota plantula nivea, $1\frac{1}{2}$ unc. longa, unc. 1 lata; *Rami* baſi connati glabri, ſubcompreſſi; *ramuli* furcati ſubulati, nonnunquam longiſſimi, divergentes.

Obſ. An forte varietas quarundam priorum? An eadem cum Clavaria *muſcoides* var. *alba*, *Bull. Champ. Tab.* 358. *Fig. c.?*

17. Cl. groſſa: *candida, trunco tenui glabro, ramis craſſis dilatatis ſubdifformibus: ramulis obtuſiuſculis ſubdivergentibus.*

Hab. paſſim in ſylvis ad terram.

Deſc. Habitu rudis; *caulis* ipſe tenuis, ſubteres glaber, ſordide pallidus, 3—4 lin. craſſus. *Rami* compreſſi, urſum applanati, divergunt, in diviſione ſæpe ramus unicus rectus adeſt; *ramuli* furcati, etiam inter ſe diſtant.

18. Cl. gracilis: *ramoſiſſima, ex albido palleſcens, trunco tenui ſubtomentoſo, radiculis longis fibrilloſis albis, ramis gracilibus intricatis.*

Hab. raro in pinetis inter muſcos, quibus & foliis pineis, *radiculis* fibrilloſis adhæret. Totus fungus quoad

diverſas partes valde gracilis. *Caulis* 3 lin. longus, lin. 1 craſſus; *rami* conferti, ſubangulati, tenues, recti; *ramuli* ſubſetacei. *Color* primo candidus, dein dilute incarnatus, tandem palleſcit.

19. Cl. ſubtilis: *ſubramoſa ſubfaſtigiata pallida; ramis ramulis craſſitudine ſubæqualibus.*

α. alba.

β. citrina.

Hab. paſſim in ſylvis.

Deſc. Forma quadam grata regulari ſe exhibet, utplurimum unc. 1 & dimidiam alta; rami pauci ſenſim modo ſubattenuati. *Var.* β. in ſtatu recenti læte pallida, ad citrinum tendens; ejus *caulis* baſi ſubtomentoſus, *ramuli* furcati obtuſi exſiccando ſubcornei.

20. Cl. Macropus: *ſubramoſa albida, trunco tenui elongato ſubpalleſcente, ramis craſſiuſculis oblongis, ramulis ſubulatis.*

Provenit paſſim in faginetis ad terram.

Deſc. Caule, qui unc. 1 longus, & vix lineam craſſus, nudo, & habitu macilento facile dignoſci poteſt. Baſi ſubincurva; *rami* pauci reſpectu caulis craſſi, imo eo nonnunquam craſſiores, pro ratione etiam longi, hinc non valde diviſi ſunt; *ramuli* furcati: angulo acuto, ſi rami pluries diviſi ſint, his tunc breviores, ceterum longitudine cum iis æquales. *Color* albidus, in trunco palleſcit.

21. Cl. pratenſis: *flaveſcens, caule breviuſculo, ramis geniculatis divaricatis, ramulis ſubfaſtigiatis obtuſis.*

Clavaria faſtigiata. *Bull. Herbier. Pl. 358. Fig. D. E.*

Clavaria coralloides var. *lutea. Bull. Hiſt. des Champ. pag. 201.*

Clavaria muſcoides. *Bolt. Hiſt. of Funguſſ. p.* 114. *Tab.* 114. (Varietas.)

Clavaria muſcoides. *Flora danica Tab. 836. Fig.* 2.

Hab. ſero autumno non infreq. in pratis, locisque aliis graminoſis; graminibus nonnunquam tota cincta aut obtecta, terræque profunde inmerſa, ita ut apices ſolummodo promineant.

Forma eſt obconica, unc. 1 longa & lata. *Caulis* baſi ſubalbicans, tenuis, lin. 1 craſſus, ſubincurvus ubi ramos emittit, incraſſatur; *rami* ipſi conferti ſubdifformes divaricant, *ramuli* craſſitudine inæquales, ſubſaſtigiati. *Color* ex flavo-ochraceus. *Subſtantia* duriuſcula. *Sapor* parum viroſus.

22. Cl. furcata: *ſubramoſa flava, caule gracili elongato, bis terneque furcatim diviſo, ramulis ſubfaſtigiatis.*

β. *lunulata*, trunco baſi albo-tomentoſo, ramis ramulisque ſubcompreſſis lunulato-furcatis acutis.

Clavaria muſcoides. *Fl. Dan. Tab. 775. fig. 3.*

Clavaria corniculata. *Schæff. Fung. Bav. Tom. II. Tab. CLXXIII.* huc pertinere videtur, quamvis figuræ non exacte quadrant.

Clavaria *muſcoides*, ramoſa inæqualis corniculata, apicibus acutis *Willd. Pr. Fl. Berol. p. 407?*

Prov. in ſylvis fagineis inter muſcos &c.

Deſc. Caulis gracilis ſurſum ramoſus dichotomus, ſubcompreſſus, 1½ lin. craſſus; una cum *ramis*, 3 unc. fere longus, in β., quæ major, baſi ſubtomentoſus; *rami* arcuatim diviſi, *ramuli* nunc obtuſi, nunc acuti. *Color* in fungo juniori nitidus, fere ſulphureus, dein opacus, e flavo ſubrufeſcit.

23. Cl. viſcoſa: *ſubramoſa, vitellina viſcoſa tenax; ramis ramulisque furcatis; trunco tenui radicato.*

Clavaria viſcoſa in *Römers N. Bot. Mag. p. 117.*

Clavaria *flammea*, ramoſa, carnoſa, mollis viſcida aurea; &c. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 118. & Tom. II. Tab. 174.*

Ramaria medullaris *Holmsk. Coryph. pag. 80?* (quoad colorem & locum natalem, cet.)

Clavaria *aurea*, ramoſa flava teres, carnoſa, ramis dichotomis erectis obtuſis. *Humb. Fl. frib. ſpec. p. 115?*

Clavaria aurea. *Ehrh. Pl. cryptog. exſiccat. Dec. XXVIII.*

Hab. frequens in pinetis & quidem ſemper ad truncos abietinos putreſcentes, autumno.

Deſc. Pars caulis *radicans* nonnunquam biuncialis, colore pallida truncos profunde intrat, eisque arcte adhæret. *Caulis* ipſe brevis ſubcompreſſus, *rami* ſimpliciter diviſi, & dichotomi hinc elongati, in *ramulos* furcatos terminati, 1-2 lin. craſſi, recentes, tempeſtate inprimis humida, ad tactum viſcoſi, intus parum cavi, etiam toti ſolidi. *Color* vitellinus, aut læte flavus, nonnunquam ferme rubicundus, in exſiccato fungo aureo-nitidus. *Subſtantia* carnoſo-ſubtremelloſa tenax, ſicca, rigida cornea.

Obſ. An ſequens ſpecies revera a noſtra diverſa? Plures enim rami *Clavariæ viſcoſæ* in corpus craſſum baſi connati a me paſſim quoque obſervati.

Clavaria *cornuta*, ſolitaria, ramoſa, carnoſa duriuſcula aurea; corpore craſſo tuberoſo, ſquamoſo, multifido, inæquali: ramis teretibus erectiuſculis, elongatis rugoſis, tuberculoſis rarioribus, apice ſubbifidis obtuſiuſculis *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 121. Tom. III. Tab. 289.*

In ſylvis ad truncos arborum reperitur. *Schæffer.*

24. Cl. cornea: *gregaria, parva, ſubtremelloſa viſcoſa flava, clavulis ſimplicibus ramoſisque, baſi connatis.*

Clavaria *cornea*, ſimplex lanceolato-ſubulata; valida, fulvens. *Batſch. Elench. Fung. p. 139. fig. 161.*

Clavaria *cornea*, ſubdiviſa minuta fuſcens. *Willd. Fl. Berol. Prodr. p. 407.*

Clavaria *cornea*, lanceolato-ſubulata valida fulvens gelatinoſa. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T. 2. p. 1443.*

Clavaria *aculeiformis*, exigua, lutea, fragillima, ſimplex aut bifida: apice acuminato. *Bull. Champ. pag. 214. Tab. 463. Fig. IV.*

Ramaria gelatinoſa. *Holmsk. Coryph. p. 81.* (ſub tam inſigni magnitudine mihi vero nondum obvia, etiam radicis *longæ* ibi mentio facta, an hinc melius ad Cl. *viſcoſam* pertinet, ſed color nimis flavus & locus natalis alienus.)

Clavaria flava, gelatinoſa, conica, apice acuto, ſæpe medio coalita. *Müller* in den *Beſchäft. der Berl. Geſ. Nat. Fr. in Berl. T. 3. p. 351.?*

Var. β. Cl. *cincta:* minuta ceſpitoſa, ſubulata flava, aut aurantia, baſi tomento annulatim cincta.

γ. Cl. *cincta major:* ſubramoſa triplo quadruplove major, baſi annulo villoſo.

Prov. hæcce peculiaris ſpecies non infrequens, inprimis autumno, ad truncos fagineos, paſſim & pineos, ubi ſæpe in ſeriem oblongam creſcit.

Deſc. Magnitudine 2—3 lineari, recens mollis viſcoſa flava, paſſim & aurantia, exſiccata cornea, & ſubcinnamomea; plures ſimplices inprimis juniores, aliæ fur-

catim diviſæ: ramis quaſi conglutinatis; hinc revera in dubio eſt, cuinam ſamiliæ propric ſit adnumeranda hæcce ſpecies.

Varietas β. (an propria ſpecies?) omnibus in notis fere convenit, exſiccata modo criſpa ſit, & quod ſingulare, baſi annulo tomentoſo cincta, quocum *varietas γ.* convenit, ſed hæc unc. unam ſere longa, & lineam craſſa, *rami* magis carnoſi, obtuſi maniſeſto diviſi, ſed mihi nimis rara hactenus occurrit, quin aliquid certi de ea (var. γ.) dicere poſſem.

25. Cl. Byſſiſeda: *ſubramoſa varia, ruſeſcente-pallida, radiculis byſſoideis albidis inſidens.*

Clavaria Byſſiſeda. *Obſervat. Mycolog. P. I. p. 32.* & in *Uſteri Annal. d. Botanik Faſc. XV. pag. 33.*

Ramaria fimbriata. *Holmsk. Coryph. pag. 98.*

Provenit gregarie paſſim in ramis quercinis in terram dejectis, rarius ad truncos *Salicis capreæ* quoque reperitur.

Deſc. Radix pro ratione fungi parvitatis inſignis, nunc fibrilloſa, utplurimum vero *Byſſi* albidæ ad inſtar, pluribus ſpeciminibus conjunctis, ramos foliaque ſubjacentia obtegit. *Rami* minores ſ. juniores ſubſimplices, incurvati, majores furcati: *ramulis* divergentibus, ſubulatis obtuſisque. Uti forma, ſic magnitudine varia eſt hæcce plantula; a dimidia ad unam unciam utplurimum longa, & lineam vix craſſa; *ſubſtantia* carnoſa; *colore* primo pallida, dein ſubcinnamomea; *odore*, ſorte ob locum natalem, mucida.

26. Cl. mucida: *gregaria, parva, ſimplex, ramoſaque albida: apice ochracea, baſi tomentulo inſidens.*

Clavaria vertice multifido, ramis acutiſſimis. *Hall. Hiſt. Stirp. Helv. Ed. 2. Tom. III. p. 123.*

Provenit peculiaris hicce fungillus autumno in truncis putreſcentibus humidis, cruſta ſ. pulvere viridi obtectis, nonnunquam ad latitudinem amplam creſcens.

Deſc. Singulum hujus ſpeciei individuum, uti diverſis in locis, variisque annis obſervavi, ſolummodo 3 — 4 lineas longum, & lineam dimidiam craſſum. In uno eodemque loco dantur & ſimplicia & ramoſa, hæc vero copioſiora; priore in ſtatu *Clavula* verſus apicem incraſſata, & rugoſa, parum incurva, ramoſa ſi ſit, tunc vel ad medium, vel ad baſin usque in *ramulos* tenues, divergentes, acutos diviſa eſt.

Subſtantia carnoſa quidem, ſed parum tenax. *Color* primarius albidus, ſed in fungilli apice ochraceus, qui in ſimplicibus intenſior. *Subiculum* ſeu *tomentum*, cui plantulæ inſident, tenue, albidum, 2 lineas latum; an vero cruſta communis, *Lepræ viridi* ſimilis, ſine qua hæcce ſpecies vix reperitur, & quæ ſubviſcoſa eſt, exſiccata vero evaneſcens, huic fungo ſit propria, non diſceptare velim.

Sic quoque ſub judice lis eſt, utrum Ramaria *ornithopodioides Holmsk.*, quo Clavaria *albida Schæff.* (*Fung. Tab. 170.*) pertinere videtur, huc referenda, aut potius diverſa ſit ſpecies, quamvis ſynonymon Halleri ab *Holmskioldio* ad ejus quoque fungum ſit allegatum; magnitudine enim, relatione ad noſtram *Clavariam* eſt inſignis, ramosque ubique emittit copioſos, etiam ad terram eam creſcere, perhibetur.

27. Cl. penicillata: *gregaria, caule elongato adſcendente tenuiſſimo, apice multifido: laciniis ſetaceis.* *

Clavaria *penicillata*, exigua, elongata, gracilis, lutea

glabra; apice penicillatim diſſecto. *Bull. Champ. pag. 207. Tab. 448. fig. III.*

Corallofungus croceus, ornithopodioides. *Vaill. Bot. Par. pag. 41. Tab. 8. Fig. 3.* (ſecundum Bulliard.)

Deſc. „ La *clavaire penicillée* eſt fort petite, jaune & glabre, allongée & ordinairement fort grêle. Elle ſe diſtingue principalement par ſon ſommet partagé en un nombre plus ou moins conſidérable des diviſions ſimples & filiformes, ce qui lui donne aſſez de reſſemblance avec un petit pinceau. — Ce n'eſt jamais que ſur de bois mort que ſe trouve cette clavaire. „ *Bulliard.* l. c.

Obſ. An hujus generis, aut potius una cum *Clavaria filiformi* Bull. ad fungos byſſoideos amandanda? Glabra quidem dicitur, ceteroquin de ſubſtantia, an ſit carnoſa, coriacea aut villoſa, nihil perhibetur. — Quoad iconem $1\frac{1}{2}$ unc. longa; *caulis* ſubfiliformis fere ſenſim incraſſatus; *laciniæ* ſ. ramuli ſetacei, paralleli apice ſubincurvi.

28. Cl. crocea: *parva crocea, caule breviſſimo: baſi pallido ramis congeſtis ramuliſque conformibus, furcatis.*

Raram hancce ſpeciem ad terram invenit Dom. *Heyder.*

Deſc. Totus fungillus $\frac{1}{2}$ unc. longus, una cum ramis 3 lin. latus, exacte crocum refert. *Caulis* tenuis, duas lineas longus, baſi pallidus, tomentoque concolore terræ adhæret; *rami* etiam tenues, ſubelongati, ſibi approximati, furcatim diviſi; *ramuli* acuti, magnitudine inæquales. *Subſtantia* ceteris *Clavariis* ſimilis.

29. Cl. rugoſa: *majuſcula albida, clavula incraſſata rugoſa ſimplice ramoſaque: ramis parcis difformibus.*

Clavaria *rugoſa*, ſimplex aut ramoſa, fragilis nec fiſtuloſa, glabra baſi attenuata; ſuperficie plicato-corrugata. *Bull. Champ. p. 206. Tab. 448. f. 2.*

Clavaria *elegans*, ſubramoſa erecta alba. *Bolt. Funguſſ. pag. 115. Tab. CXV. Withering Bot. Arrang. Vol. 3. p. 453.*

Clavaria *damicornis*, ſubſimplex, faſtigiata, candida; ramulis extremis palmato-compreſſis. *Schrank Reiſe nach den ſüdl. Geb. v. Bayern p. 69. & Bayerſche Flora Tom. 2. nr. 1845.*

Clavaria *cornu alces*, ſimplex; fuſiformis; apice truncato, lobulato-lacero, criſtata. *Batſch. Elench. Fung. p. 135.*

Clavaria *laciniata*, ſimplex, ſolitaria, parum carnoſa mollis, e fuſco-albida, erectiuſcula, ſuperne incraſſata laciniata, ſæpius criſpa, plena. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 122. & Tom. III. Tab. CCXCI.* (Varietas.)

Coralloides, parvum criſtatum, rugoſum, & verrucoſum album. *Micheli N. G. Pl. pag. 210. Tab. 88. Fig. 5.* (etiam hujus loci.)

Clavaria *digitata*, ſtipes fere uncialis; ramis paucis & anguloſis. *Scop. Fl. Carn. T. 2. p. 489?* ſed in truncis carioſis creſcere dicitur.

Var. β. *hercynica:* gregaria, fuligineo-alba, caule elongato rugoſo-plicato ſubcompreſſo, ramis breviſſimis obtuſis rugoſis.

γ. *lævis:* minor, teres, læviuſcula, apice ſubdiviſa.

Frequens autumno in ſylvis obſervatur α. ſolitarie in faginetis, β. in pinetis hercynis, inprimis circa *Oderbrück* gregarie & nonnunquam agmine denſo.

Obſ. Pro diverſo ætatis ſtatu facile pro diverſa ſpecie venditari poteſt, ſaltem quemque facile incertum relinquit, utrum eam inter Clavarias *ſimplices* an *ramoſas* enumeraret. A ſesquiuncia ad duas utplurimum

longa, 3—4 lin. craſſa, verſus apicem incraſſata, & hic inprimis rugoſa, ubi ſolum *ramos* 2—3 profert breves, forma indeterminatos; *ſubſtantia* ceterum carnoſa, ſuperficie glabra.

Var. β. magnitudine convenit, ſed ſubcompreſſa eſt, & craſſitudine ſubæqualis, nunc flexuoſa, nonnunquam ſubcòntorta, apice in *ramos* compactos obtuſos difformes fiſſa; *colore* pallida ſubrutilans.

Var. γ. brevior, colore albidior, forma ſimplicior & ſuperficie non ita rugoſa eſt, baſi vero ſubtomentoſa.

* * *

Animadv. Ad hanc diviſionem adhuc ſequentes ſpecies pertinent, quarum plurimæ omnino ab aliis diſtinctæ eſſe poſſunt, quod vero ex brevi earum deſcriptione, quacum plures ſunt comitatæ, haud determinare licet.

Clavaria *coralloides*, ſimplex aut coralloideo-diſſecta, (ſubramoſa), fragillima, glabra; ramis ſubcylindraceis, nec fiſtuloſis: ſuperficiei undulata. *Bull. Champ. p.* 201. (Clavaria *varia.*)

Var. 1. *alba.* Tab. 496. & Tab. 358. Fig. c.

Var. 2. *lutea.* Fig. o. q. Tab. 496. Tab. 222.

Quoad icones *clavulæ* ſunt elongatæ, 3 unc. longæ, 2—3 lin. craſſæ, nunc ſimplices, nunc ramoſæ; hinc a clavaria *coralloides* Auctorum diverſa.

Clavaria faſtigiata. *Bolton Hiſt. of Funguſſ. pag.* 112. *Tab. CXII. Fig. II.*

„ This ariſes ſingly or in cluſters, from a very ſmall root, which is furnished with numerous downy fibres.

The branches are ſmall near the baſe, increaſing in thickneſs upwards, and, in their adſcen, are divided and ſubdivided into numerous branches, all of which are lopped aff at top, whith a broad termination which is often decorated with ſmall riſing points roud the margin. Sometimes the margin is dentated or crenated; it is moſt commonly of a yellow or golden colour, but ſometimes varies to white or purple. — Grows in barren paſtures, about Halifax. „ *Bolton.*

Clavaria *candidiſſima*, ſubramoſa erecta, ramis ſimplicibus acutis, aliis obtuſis & biſurcatis. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. Tom. 3. p. 1050.*

„ Haute d'une pouce, diviſée de ſa baſe en 3—4 rameaux pointes, donc 1—2 ſont bifides. „ *Villars.*

Clavaria *violacea*, ramis acutis ſimplicibus violaceis. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. Tom. 3. p. 1049.*

Clavaria *rimoſa*, alba minor nigreſcens, ramis longioribus rimoſis, inæqualibus acuminatis. *Vill. Dauph. T. 3. p. 1051.*

„ Droite, 1 pouce haute, tendre, noirâtre & terreſtre. „ *Villars.*

Clavaria *flavopurpurea*, ſubpunctata. *Vill. Dauph. T. 3. p. 1051.*

„ Cette eſpèce eſt très-grande, ramifie comme un Buiſſon, d'un à deux jusqu'à trois pouces. „ *Villars.*

Clavaria *Flabellum*, lutea compreſſa, clava dilatata, laciniata. *Mull. Zool. Dan. Prodr. p. 256.*

Clavaria *Gorgonia:* magna purpuraſcens, ramis ramulisque dichotomis faſtigiatis. * — Coralloides ramo-

ſiſſima purpuraſcens. *Plumier Tract. de Filicibus Amer. pag. 145. Tab. CLXVIII. Fig. L.*

Secundum figuram totus fungus 6 unc. & ultra longus, verſus ſummitates 5 unc. latus. *Caulis* unc. 1. longus, $\frac{3}{4}$ unc. craſſus: baſi annulari; *rami* æquales ſenſim attenuati, diſtantes; ramuli longitudine æquales.

Clavaria *Brachycera:* ramoſa violacea, trunco craſſiuſculo, ramis ramulisque brevibus criſpis. * — Fungus ramoſus criſpus violaceus *Barrelier Pl. Icon. 1261.* Coralloides violacea corniculis brevioribus. *Inſt. Rei Herb. 564.*

Ob colorem violaceum, qui in fungis rarior, omnino diſtincta ſpecies eſſe poteſt; & propter caulem craſſum ſubventricoſum, ramosque parvos ſubdiſſormes a *Clavaria amethyſtina* diverſa eſt.

Obſ. Fungus coralloides roſeus italicus *Barrelier Pl. Icon. 1259.* quoad habitum, parvitate excepta, forte ad *Clavariam formoſam* referenda. — Quo vero pertineant ceteræ hujus Auctoris ſpecies, in *Opere* citato *figuris* 1266, 1279 & 1280. expreſſæ, aut an ſint *veræ & propriæ* ſpecies, dijudicare non poſſum. — Hoc etiam valet de nonnullis *Clavariarum* deſcriptionibus & iconibus apud *Michelium*, *Batarram* aliosque inprimis veteriores Auctores occurrentibus.

††. *Simpliciſſimæ. (Holoſpermæ, indiviſæ.* Tode in d. *Schrift. d. Geſellſ. Nat. Fr. in Berlin B. IV.)*

30. Cl. piſtillaris: *ſolitaria magna e flavo rufeſcens incraſſata: apice rotundato.*

Clavaria *piſtillaris*, clavæformis ſimpliciſſima *Lin. Syſt. veg. Ed. XIV. p. 980. Fl. Suecica. var. β.* (*)

Clavaria piſtillaris. *Holmsk. Coryph. p. 12. Icones.*

Clavaria *piſtillaris* maxima, firma, ſimplex clavæformis, glabra, nec fiſtuloſa; apice ſubrotundo. *Bull. Champ. p. 212. Tab. 244.*

Clavaria *piſtillaris*, corpus ſimplex, apice dilatatum obtuſum. *Scop. Fl. carn. Ed. 2. T. 2. p. 482.*

Clavaria *piſtillaris*, oblonga piſtillaris, flaveſcens. *Villars Dauph. T. III. p. 1049.*

Clavaria *herculeana*, clavæformis, ſimpliciſſima ſolida, apice ſubrotundo. *Sibthorp Fl. Oxon. p. 394.*

Clavaria herculanea. *Withering Bot. Arrang. of British Pl. Ed. 2, Tom. III. p. 451.*

Clavaria ſimplex turgida obtuſa. *Schmidel Icones Tab. IIII. Fig. 1.* (color modo nimis rufus).

Fungus clavatus ficum referens. *Buxb. Enum. pl. circa Hal. p. 102.* (qui primam hujus ſpeciei iconem dediſſe videtu).

Agaricus clavatus flaveſcens. *Rupp. Fl. Jen. Ed. Hall. pag. 356?*

(*) Sub nomine *Clavariæ piſtillaris* diverſæ ſpecies a diverſis Auctoribus videntur ſubintellectæ, cui rei occaſionem præbuit differentia ſpecifica *Linnæi* nimis brevis, inprimis hanc quoque ob cauſam, cum immortalis Vir in *Flora Suecica* nec non in *Speciebus Plantarum* plures alias Clavarias ſimul ut varietates ſub piſtillari comprehendit. Verum hacce ſpecie poſtea partim ab eo ipſo partim nunc a pluribus nomine: *piſtillaris* inſignita, hancce denominationem utpote congruam, retinere quoque volumus.

β. *herculeana*, major ſubſpadicea rugoſa: apice truncata ſubdepreſſa.

Clavaria *herculeana*, clavæformis ſimpliciſſima, lutea fuſca, rugoſa vertice depreſſo. *Lightf. Fl. Scot. Tom. 2. p. 1056.*

Clavaria piſtillaris varietates. *Holmsk. l. c. Icones.*

Clavaria piſtillaris. *Schæff. Fung. Bav. Tab. CLXIX. Fig. I & IX.* vertice truncato, & varie excavato. *Fig. III.* vertice rugoſo. *Fig. VIII.* vertice truncato & rugoſo, corpore brevi, compreſſo.

Clavaria piſtillaris var. 2. flava, apice truncata & rugoſa. *Scop. Fl. Car. T. 2. p. 483.*

Clavaria piſtillaris *var.* β. & γ. *Batſch. El. Fung. p. 133.*

Clavaria piſtillaris, *var.* β. corpore flaveſcente vertice depreſſo. *Lumnitz. Fl. Poſon. pag. 532.*

Clavaria major ex ruſo ſordide aurea, vertice plano & nonnihil cavo. *Mich. Nov. Gen. Pl. p. 208. nr. 4. Tab. 87. fig. 3.*

γ. *gemmata*, flaveſcens ſuperficie rimoſo-ſquamoſa. (Videtur ſolummodo varietas monſtroſa.)

Clavaria *gemmata*, ſimplex ſolitaria, carnoſa duriuſcula, flavo-albida, erecta, ſuperne incraſſata, tuberculoſa, quaſi gemmata, longitudinaliter ſubplicata, plena. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p. 122. Tom. III. Tab. CCXC.* (excluſis ſynonymis.)

Clavaria *militaris*, ſimplex, clavata, teres, valida vertice rimoſo-calloſo, flavens. *Batſch. El. Fung. p. 135.*

Clavaria militaris. *Schrank Fl. bavar. Tom. 2. p. 570.* & Ejusd. *Reiſe nach d. ſüdl. Gebürgen von Bayern p. 101.*

Clavaria *piſtillaris*, *Var. 4.* corpore fuſco, cortice in ſquamos fatiſcente. *Lumnitz. Fl. Poſon. p. 532.*

δ. diviſa, minor apice furcatim ramoſa.

Clavaria piſtillaris *Var. ζ.* vertice bifido. *Schæff. Fung. T. IV. p. 116. Tom. 2. Tab. CLXIX. Fig. 2.*

Sequentes hujus ſpeciei varietates b. *Bulliardus* (Champ. l. c.) a colore deſumtas adhuc enumerat; quæ modo ætate differre videntur:

Var. I. *rufida*, primum lutea, demum ruſoſuliginea. *Bull.* fig. cit. D. E. F.

Var. II. *fuliginea*, primum cinereo-albens, demum ſubfuliginea, aut ſuligineo-fuſceſcens.

Var. III. *ferruginea*; primo ſordide lutea, demum ferrugineo-lateritia.

Deſc. De *varietate α*: apice rotundato integerrimo, utpote omnium vulgari hic tantummodo brevem ſiſtere licet deſcriptionem. Aetate juniore fere cylindrica eſt, flaveſcens, ſuperficie læviſſima, dein matura facta, ſurſum incraſſata, quo modo clavam exacte refert, & plicato-rugoſa ſit, coloreque fuligineo ruſa, vegeto in ſtatu pruina ſeminali ubique obducta (baſi excepta), intus ſolida. Quatuor ad ſex uncias longa, apice $1\frac{1}{2}$ unc., baſi 4 lin. modo craſſa; *ſubſtantia* intus ſpongioſa, albida aut pallida, ſapore amara.

Uti cetera vegetabilia ratione loci natalis certis eorumque vitæ œconomia convenientibus ſolum delectantur locis; ſic etiam fungorum nonnulli talibus naturæ legibus ſubjecti obſervantur, ita alii tantum in pinetis, alii in ſylvis modo frondoſis alii aliis in locis: campis, pratis, truncis &c. proveniunt; tali modo hæcce *Clavariæ* ſpecies regionibus calcareis in faginetis hactenus ſeſe reperiundam mihi obtulit.

Varie-

Varietas β. a me nondum reperta, in pinetis creſcere dicitur, antecedente major, coloreque multo obſcuriore eſt, at præcipue non modo valdè rugoſa, ſed & apice plano-depreſſa deſcribitur nec non delineatur, hinc ulterius inquirendum, num ne veris characteribus, ut propria ſpecies, diſtingui poſſit.

Varietas γ. vero, quæ a nonnullis pro *Clavaria militari* Lin. perperam ſumta eſt, a cauſis externis modo, apice ſquamoſo-rimoſa facta videtur.

Sic quoque *varietas δ.* creſcendi quadam luxurie in ramos duos obtuſos diviſa paſſim obſervatur, quamvis minor eſt, & ob formam obconicam, inſignemque, qua pollet, craſſitudinem id haud expectandum eſſet. Aliud adhuc ſpecimen mihi etiam, modo rarius occurrit, cujus apex tantum fiſſus, ſed non Clavariæ ramoſæ ad inſtar diviſus: laciniis rugoſo-tuberculoſis ſubdivergentibus. Cum etiam plus quam dimidium minus ſit, nec non habitum præ ſe ferat difformem, non pro *varietate* peculiari haberi poteſt, ſed tantum morboſum ab injuria quadam externa, aut ab aëre nimis calido ſicco, vel tempeſtate juſto pluvioſa ortum, indicare videtur.

31. Cl. pulvinata: *gregaria ſolida, cinnamomea ventricoſa: apice ſubacuminata.* *

Clavaria ſimplex oblonga pulvinata. *Schmied. Icones Pl. Tab. IIII. Fig.* 2.

Quoad iconem in pinetis provenit elegans hæcce ſpecies, quæ 2—3 unc. longa, dimidiam unc. craſſa; *caulis* ſubtenuis, mox vero ventricoſus fit, apex iterum attenuatus, quo & colore amœne cinnamomeo, ſuperficie lævi, nec non parvitate a Cl. *piſtillari* diverſa eſt.

32. Cl. Ligula: *ſubceſpitoſa, rufeſcente-pallida ſurſum incraſſata varia, baſi villoſa tenui.*

Clavaria *Ligula*, ſimplex plerumque ſolitaria, carnoſa, molliuſcula, lutea erecta, ſuperne incraſſata, inferne gracilis, elongata intus plena. *Schæff. Fung. Bav. T. IV. p. 116. T. II. Tab. CLXX.* (excluſis ſynonym.)

Clavaria *Ligula*, ſimplex, clavata, lutea, ſuperne incraſſata, inferne tenuis elongata. *Baumgarten Fl. Lipſ. pag. 652?*

Clavaria piſtillaris. *Schrank Bayerſ. Flora n. 1620.* & *Bayerſ. Reiſe pag. 100.*

Gregarie & nonnunquam magna in copia terram ad latitudinem pedalem & ultra obducit, ſemper vero ſtipitibus & foliis abietinis (a me ipſo enim hucusque in *pinetis* reperta eſt) adhæret.

Deſc. Singula *Clavula* 2 unc. longa, ſenſim incraſſatur: apice obtuſo, nonnunquam ſubcompreſſa, utplurimum vero teres, ſuperficie in adultis ſubrugoſa, lacunoſa, apice paſſim difformis, imo & cornuta obſervatur. *Caulis* pro ratione brevis & tenuis baſi villoſus, quo cum ramulis ſubjacentibus conjunctus. Sæpe per paria creſcit hæcce ſpecies, ſapore ſubamara.

Obſ. Cum *Clavaria piſtillari* colore & ſubſtantia convenit, quamvis creſcendi more diverſa, hinc meo ſaltem judicio, cum cel. Tode (*Schriften der Geſellſ. Nat. Fr. in Berl. B. IV. pag. 166.*) ſequenti hujus generis familiæ haud adnumeranda. — An huc quoque pertinet: *Coralloides* clavata lutea *Buxb. Cent. Pl. IV. pag. 34. Fig. 3?*

33. Cl. Luteola: *gregaria ſolida aquoſe lutea, oblongo-clavata teres.* *

Clavaria *ceſpitoſa*, ceſpitoſa, caulibus ſimpliciſſimis, baſi nonnunquam unitis, oblongo-clavatis farctis aquoſe luteolis. *v. Wulff* apud *Jacq. Miſcell. Auſtr. Vol.* 2. *p. 98. Tab.* 12. *Lin. Syſt. veg. Ed. XIV. p. 980.*

Clavaria ſimplex oblonga pulvinata. *Schmied. Icon. Pl.* Var. 2. *Tab. V. Fig. I.*

Hab. quoque in pinetis.

Obſ. An revera ab antecedente ſpecie, qua quidem minor & colore multo dilutior, nec non teretior eſt, notis eſſentialibus diverſa? Ad *Clavariam* vero *fragilem*, quæ intus cava, ſubſtantia tenerior, ſaltem ad illam *albam* varietatem, uti *Holmskiold* (Coryph. pag. XI.) putat, non pertinet, niſi forte ejus varietas *lutea*, quæ dimidio tamen minor, cum noſtra eadem eſſet ſpecies. An huc quoque ſpectat *Figura prima* in Tabula DCCCXXXVII. *Floræ Danicæ* propoſita? ad quam ſolummodo, abſque propria denominatione & differentia, *Clavaria* media albo-lutea *Mich. N. Gen. Pl. p.* 208. *n.* 5. citata eſt; forma equidem non valde recedit, etiam in ramulo pineo creſcit; ſed ejus color fere aureus eſt.

34. Cl. adſcendens: *faſciculata albida, clavulis craſſis, ſubflexuoſis ſurſum ſubattenuatis.* *

Clavaria *adſcendens*, ceſpitoſa ſimpliciſſima farcta acuminata alba. *Flora Dan. Tab. 837. fig. 3.*

Quoad iconem ad truncos provenit, faciemque quandam ſingularem præ ſe fert; *clavulæ*, numero 6—8, ſibi denſe approximatæ minoribus cinctæ, verſus apicem, ubi nonnunquam ſubdiviſæ ſunt, ſenſim attenuatæ, & parum obliquæ; 2 unc. fere longæ ſunt, 3—4

lin. craſſæ, primo adſcendunt, dein iterum parum curvatæ. An hujus generis?

35. Cl. purpurea: *ceſpitoſa elongata acuminata purpurea.* *

Clavaria purpurea, ceſpitoſa ruſo-ſuſca, ſubcompreſſa, apice acuminato. *Flora Dan. Tab. DCCCXXXVII. Fig. 2. Lin. Syſt. Nat. Ed. Gmel. Tom. 2. pag. 1443.*

In herboſis, juxta vias creſcere dicitur; forte melius ad Familiam ſequentem translocanda; 3—4 unc. longa medio craſſior 1—2 lin. fere; junior teres ſubcylindrica; *Clavulæ* baſi inter ſe cohærent.

36. Cl. gloſſoides: *gregaria parvula flaveſcens, clavula compreſſa, caule tenui ſubcylindrico.*

Provenit perrara in ligno putrido quercino, tempore autumnali.

Deſc. Magnitudo totius plantulæ $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unciæ eſt; *clavula*, quæ exacte lingulam quandam refert, compreſſa eſt, parum rugoſa 3—4 lin. lata ſubattenuata: apice obtuſo; *caulis* triplo fere brevior, totidemque tenuior, teres eſt. *Color* læte flavus; *ſubſtantia* carnoſa ad ſubtremelloſam vergere videtur.

Obſ. In adverſariis meis nonnulla adhuc adnotata ſequente de *Clavaria* lego, de qua anceps ſum, num ne propria ſit ſpecies, cum ejus ſubſtantiæ nullam fecerim mentionem:

β. Cl. *ſpathulata:* gregaria incarnato-flava, clavula ſubcompreſſa, attenuata, ſtipite dilutiore baſi annulo tomentoſo cincta.

Locus natalis, nec non magnitudo antecedentis eſt.

37. Cl. herbarum: *gregaria minuta lanceolata, nigreſcente-olivacea.*

Clavaria herbarum, in *Römers N. Bot. Mag. p. 118.*

Provenit agmine denſo in caulibus exſiccatis Herbarum majorum: *Dipſaci, Atropæ* &c. inprimis foliis deciduis obtectis vernali tempore paſſim & autumno ubi colore nigreſcente & habitu ſtricto ſeſe facile manifeſtat.

Clavula vix 2 lineas longa, ſubcompreſſa, baſi teres, apice ſubacuminata, *ſuperficie* læviſſima, *colore* ex obſcure olivaceo nigreſcit, *ſubſtantia* flexilis, ſubtenax, hinc inmutata dein conſervari poteſt hæcce ſpecies.

Obſ. Quoad formam & magnitudinem cum Acroſpermo compreſſo *Tode* (*Fung. Mecklenb. Faſc. I. p. 8. Tab. 2. Fig. 13.*) quidem convenit, ſed ejus ſubſtantia non ſicca dura, aut rigida, neque ſuperficies ſulcis annularibus diſtincta eſt.

38. Cl. pilipes: *ſolitaria longiſſima tenuis, rufeſcens ſenſim incraſſata, baſi piloſa.* *

Clavaria *pilipes*, clavata, gracilis, ſolitaria, ſtipite inferne piloſo. *Flora Dan. Tab. 1100. Fig. 3.*

Tres ad quatuor uncias longa, 1—2 lineas craſſa, colore flavorubeſcens, baſi infracta quaſi, maculis variegata, quantum ſcilicet ex icone colligere licet; etiam in trunco creſcens depicta eſt hæcce ſpecies.

B. *Diſſimilares, Ceſpitoſæ Micheli, Cephaloſpermæ Tode.* (Clavulæ indiviſæ, nunc cavæ nunc ſolidæ, utplurimum fragiles, in plurimis *ſtipite* quodam manifeſto, ſuperficie nitidiore diſtincto, inſtructæ.)

* *Gregariæ aut ceſpitoſæ.*

39. Cl. helveola: *gregaria, ſolida, clavulis ſtrictis, ſubcylindricis flavis: apice dein cinnamomea.*

Clavaria *ſimpliciſſima*, ſimpliciſſima, flava ſubulata teres apice fuſco. *Willd. Prodr. Fl. Berol. n. 1180. — Linn. Syſt. Nat. Ed. Gmel. Tom. 2. p. 1443. Humb. Fl. Friberg. Spec. pag. 115.*

Clavaria *teres*, ſimplex, corpore tereti valido citrini coloris, apice ſolummodo fuſco, baſi paullulum tumida fibrillulis obſeſſa. *Baumg. Fl. Lipſ. pag. 653. Tab. IV. Fig. 2. a.?*

Hab. in faginetis, ad terram.

Deſc. Gregaria & ceſpitoſa quidem creſcit hæcce ſpecies, *clavulæ* vero baſi non connatæ, neque ſibi denſe approximatæ ſunt; hæ longitudine inæquales, utplurimum 1 — 1½ unc. altæ, unam lineam & ultra craſſæ, longitudinaliter nonnunquam ſulcatæ, ſurſum parum modo incraſſatæ, intus ſolida. *Color* opacus flavus, apex primo concolor, ſed mox, fungo exſiccato, ad dilute cinnamomeum tendit. *Stipes* equidem diſtinctus non adeſt, quo præcedenti familiæ affinis hæcce ſpecies, ſed habitu, creſcendi modo cum reliquis ſubſequentibus Clavariis convenit.

40. Cl. aurantia: *ſubceſpitoſa, aurantia, clavulis parcis ſubrugoſis, baſi ſubtomentoſis liberis.*

Clavaria aurantia. *Obſervat. Mycol. pag. 32.*

Clavaria *cylindrica*, var. *lutea. Bull. Champ. p. 212. Tab. 463. Fig. B.?*

Hab. autumno in faginetis utplurimum ad terram nudam, paſſim quoque inter Muſcos.

Deſc. Clavulæ ſtrictæ, 1½ unc. longæ, lin. 1 craſſæ, juniores ſolidæ, adultæ intus parum cavæ & ſubcompreſſæ fiunt, ſuperficie ſubundulato-rugoſæ, baſi to-

mento flaveſcente loco natali adhæret. Color opacus aurantio-ruber.

41. Cl. rufa: *gregaria rufa, clavulis compreſſis incraſſatis nonnullis apice emarginatis.* *

Clavaria polymorpha rufa. *Flora Dan. DCCLXXV. Fig.* 1.

Clavaria *polymorpha*, rufa ceſpitoſa, apice ſæpius fiſſa, ſtipite flexuoſo. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom. II. p.* 1445.

In graminoſis ſylvaticis, 1½ unc. longa, 2 lin. craſſa. Nonnulla ſpecimina apice fiſſa, aut emarginata, alia intorta, magnitudine inæqualia, deorſum tenuia, colore obſcure cinnamomea.

42. Cl. anamola: *magna ceſpitoſa cinnamomea, clavulis congeſtis ſubincurvis baſi in corpus craſſum connatis.* *

Clavaria *Digitellus*, ceſpitoſa ſimplex & ramoſa carnoſa, duriuſcula; corpore univerſali craſſo, ſubgloboſo, multifido, inæquali, fuſco; corporibus partialibus, ſeu ramis ſingulis teretiuſculis, integris curvis obſolete aureis, ſeu fulvis, apice obtuſis. *Schæff. Fung. Bav. Tom. IV. p.* 122. *Tab. CCCXXVI.*

In ſylvis ſiccioribus aceroſis ad truncos arborum annoſarum viget Septembri & Octobri. *Schæffer.*

Obſ. An vera ſpecies, aut modo varietas quædam monſtroſa ſit, aut cuinam hujus generis familiæ aut diviſioni proprius adnumeranda? huc usque non determinare poſſum; ceſpitoſe quidem creſcit, verum ſubſtantia ubique videtur ſimilaris. Secundum *iconem* Schæfferianam, 4—5 unc. eſt lata; ſingula *clavula* unc. 1 & ultra longa, 3 lin. craſſa, parum attenuata medio ſubincurva, colore apice obſcurior, in ceſpitis medio

dilutior, in corpore ruſa, ubique opaca. Subſtantia ſolida alba.

43. Cl. faſciculata (aurea): *ceſpitoſa aurea, clavulis ſubflexuoſis attenuatis baſi cohærentibus.*

Clavaria faſciculata, in *Römers Bot. Mag. pag. 117.*

Clavaria piſtillaris. *Bolt. Funguſſ. p. 110. Tab. CX.*

Clavaria herculanea. Var. 3. *Wither. Bot. Arrang. T. 3. p. 451.*

Paſſim in ſylvis, ericetis, locis muſcoſis provenit.

Deſc. Plures *Clavulæ*, a 40 ad 60, ſtipitibus inter ſe conjunctæ faſciculum efformant duas uncias longum & unc. unam latum, colore læte flavum, baſi vero obſcuriorem. Singula *clavula* 1—2 lin. craſſa, medio tumidior, apice acuminata, baſi ſubarcuata, nunc ſtricta, nunc flexuoſa, ſic etiam aut teres, aut compreſſa, apice utplurimum integerrima; dantur & aliæ, verum rarius, in ramulos nunc acutos, nunc obtuſos diviſæ; adnotatu quoque dignum, quod nonnullæ ita luxuriant, ut membrana exterior annulatim rumpatur: epidermide tunc involuta. *Apex* in fungo exſiccando in mucronem nigricantem ſæpe contrahitur.

44. Cl. anguſtata: *ceſpitoſa, flaveſcens, clavulis elongatis anguſtis, deorſum flexuoſis ſubadſcendentibus.*

Clavaria elongata. *Ehrh. Pl. cryptog. Dec. 19. nr. 189.?* quantum ex unico exemplare exſiccato ſubincompleto colligere licet.)

In pratis montoſis, paludoſis rariſſime mihi obvia; tres uncias fere longa, lin. 1 vix craſſa ſubincraſſata, flexuoſa inprimis baſin verſus, ubi valde anguſta & parum decumbit. *Stipes* ipſe, ſ. pars ſterilis, ½ unc. longus, flexuoſus.

45. Cl. inæqualis: *gregaria luteſcens, inæqualis, clavulis ventricoſis ſulcatis? cavis.* *

Clavaria *inæqualis*, ceſpitoſa, compreſſa, lutea, apice acuminata. *Flora Dan. Tab. 886. fig. I. Gmel. Syſt. Nat. Lin. T. 2. p. 1443.*

Clavaria *faſciculata*, lutea ſubfaſciculata, ramis ventricoſis compreſſis acutis raro turbinatis. *Villars Dauph. Tom. III. p. 1054.* etiam hujus loci.

In gramineis nemoroſis. *Clavulæ* magnitudine inæquales, utplurimum 2 unc. & ultra longæ, 3 lin. craſſæ, utrinque attenuatæ, nonnullæ falcatæ, & quoad iconem longitudinaliter ſtriatæ ſ. ſulcatæ.

46. Cl. biſurca: *lutea fragilis, ſulcata, apice demum fiſſa: laciniis intortis.* *

Clavaria bifurca: lutea, fragilis, glabra; primum ſimplex depreſſa, ſulcata, demum bifida: apicibus acuminatis. *Bull. Champ. pag. 207. Tab. 264. Sibth. Fl. oxon. n. 1077.*

„Terreſtris, aliquando dilute lutea, plerumque aurantiaca. *Bulliard.*„ An a præcedente ſatis diſtincta?

47. Cl. ſylveſtris: *ceſpitoſa, ſubargillacea; clavulis congeſtis longiſſimis incraſſatis obtuſis ſolidis.*

Provenit in ſylvis fagineis paſſim.

Deſc. Inter majores hujus familiæ pertinet, etiam quoad clavularum numerum, qui nonnunquam e 50 individuis conſtat, ſeſe diſtinguit. *Clavulæ* baſi ſibi denſe approximatæ, & ſecum quaſi cohærent, ſubſtantia parum fragiles, læves, longiſſimæ, 4—5 uncias adæquant 2 lin. & ultra craſſæ, ſenſim incraſſatæ: apice obtuſo ſubcompreſſo integro. *Color* obſcure pallidus opa-

cus, in fungo exſiccato, ſummitatibus exceptis, quæ jam recenti in ſtatu colore ſunt obſcuriores, cineraſcit, ubi clavulæ, ceteroquin læves, etiam parum ſulcato-criſpæ evadunt.

48. Cl. fiſtuloſa: *gregaria flava; clavulis longiſſimis incraſſatis obtuſis, intus cavis.* *

Clavaria fiſtuloſa. *Holmsk. Coryph. p.* 15. (excluſis ſynonymis.)

Hancce ſpeciem, ſpithamam ferme longam, ramulis increſcentem Icon. (l. c.) repræſentat.

49. Cl. argillacea: *ceſpitoſa argillacea varia; clavulis longis incraſſatis obtuſis dein cavis: nonnullis apice compreſſo-diviſis.* *

Clavaria teres fiſtuloſa. *Schmid. Icon. Pl. p.* 56. *Tab. XV.* (excluſis ſynonymis.)

Circa *Erlangam* in ſolo arenoſo, tenui humo permixto & paulo humido b. *Schmidelius* eam invenit. Omnino diſtinctiſſima videtur ſpecies & ab *Holmskioldio* perperam ad ſuam *Clavariam fiſtuloſam* citata. Quoad formam parum cum *Clavaria Ligula* convenit; verum color & locus natalis alienus eſt, etiam dein cava fit. *Clavulæ* in una eademque congerie longitudine diverſæ, 2—4 unc. longæ, valde obtuſæ & craſſæ, verſus apicem nimirum 3—4 lin. latæ; apex utplurimum integer, in aliis compreſſus, in nonnullis ſubdiviſus. *Subſtantia* dicitur fragilis, & ſuperficies nonnunquam utrinque ſulcata. Lanuginem quandam ſemper baſi adeſſe, fertur, qua tanquam ſulcimento loco natali adhæret hæcce ſpecies.

50. Cl. piloſa: *gregaria fuliginea; clavulis flexuoſis ſubincraſſatis fiſtuloſis; primo piloſis dein glabris.* *

Clavaria *fiſtuloſa*, ſubfuliginea fragillima, ſimplex teres gracilis tubuloſa, pilis deciduis operta, apice ſubrotundo. *Bull. Champ. p. 213. Tab. 463. fig. II.* (excluſ. ſynonym.)

Ad folia ſubputrida provenit. Nulla in re, niſi nomine cum Clav. *fiſtuloſa Holmsk.* convenit, & forte melius ad ſequentem diviſionem referenda. *Caule* arcuato e foliis ſubjacentibus, quibus villo adhæret adſcendit; ætate juniore hirſuta dicitur; $1\frac{1}{2}$ unc. longa, lin. 1 craſſa depicta eſt.

51. Cl. ſtriata: *ceſpitoſa ſubfuliginea, clavulis longiſſimis flexuoſis acuminatis ſubtorquatis, ſparſim ſtriatis.*

Paſſim provenit in ſylvis ad terram.

Deſc. Faſciculus 3—4 unc. longus, 2—3 unc. latus. *Clavulæ* utrinque attenuatæ, medio ſubventricoſæ, 2 lin. craſſæ, baſi inter ſe ſubcoalitæ, nonnullæ ſubcompreſſæ, omnes cavæ, ſtriis inter ſe diſtantibus ſulcatæ. *Color* primo inconſpicuus, corneus quaſi, e fuligineo lividus, demum albeſcit: fungo nebula quaſi obducto, ejusque *apex*, qui prius putreſcit, criſpus intortusque fit. Cl. *ſylveſtri* affinis videtur.

Obſ. Clavaria *lumbricoides*, ſolitaria, ſimplex cylindrica, tubuloſa ſubulata. *Wigg. Prim. Fl. holſat. p. 107.* quoad colorem & ſubſtantiam cum noſtra quidem convenit; etiam apex obſcurior plerumque inflexus dicitur; verum de ſuperficie ſtriata altum ſilentium eſt, & expreſſis verbis affirmatur, hancce ſpeciem non ceſpitoſe, ſed *ſolitarie* creſcere.

52. Cl. flavipes: *ceſpitoſa, clavulis ſubfalcatis acuminatis, pallidis, baſi approximatis nitente flavis.*

Clavaria *flavipes* in N. *Bot. Magaz. p. 117.*

Provenit locis montoſis graminoſis.

Deſc. Ceſpitulus e clavulis 8—10 conſtat. *Stipes* læte flavus, ſulphureus fere, ſubpellucidus teres, 3—4 lin. longus. *Clavulæ* ſubcylindricæ, $1\frac{1}{2}$ unc. longæ, 1—2 lin. craſſæ, palleſcente-albidæ, opacæ ſubpruinatæ, incurvæ, apice iterum acuminatæ, ſubſtantia fragiles.

53. Cl. fumoſa: *ceſpitoſa fragilis, e fuligineo cineraſcens: clavulis congeſtis flexuoſis.*

Clavaria fumoſa. *Obſervat. Mycol. Pars I. p. 31.*

Poſt copioſas pluvias autumno in ſylvis fagineis ad terram nudam provenit.

Deſc. Clavulæ nonnunquam numero inſignes adſunt, baſi inter ſe cohærentes, 2—3 uncias longæ, lin. 1—2 craſſæ, colore quaſi fumoſæ, baſi albidiores, exſiccatæ cineraſcunt, opacæ & rugoſæ evadunt; *ſubſtantia* fragiles, dein cavæ, apice attenuatæ.

54. Cl. cylindrica: *ceſpitoſa candida ſtipite elongato ſubtenui, clavulis craſſiuſculis cylindricis obtuſis.*

Clavaria *cylindrica*, fragillima ſimplex, glabra tereti elongata, fiſtuloſa, baſi attenuata, apice ſubrotundo. *Bull. Champ. p.* 212. *Tab.* 463. *Fig. I.* Var. *nivea* A. L. M.

Clavaria piſtillaris. *Lin. Fl. Suec. p.* 456. *var. α.*

Clavaria *piſtillaris*, clavæformis ſimpliciſſima, fiſtuloſa, baſi attenuata, apice ſubrotundo. *Sibth. Flor. oxon. p.* 394. var. *alba.*

Clavaria alba piſtilliforma. *Vaill. Bot. Pariſienſe p.* 39. *Tab.* 7. *Fig.* 5.

Clavaria *glabra*, clavæformis ſimpliciſſima glabra fiſtuloſa. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T.* 2. *p.* 1442.

Clavaria fragilis. *Holmſk. Coryph. Icon. Fig. a — e* (ſecundum quem ſolummodo ætate a ſequente diverſa eſſet.)

Clavaria *lumbricalis*, ceſpitoſa alba vel lutea, lanceolato-clavata teres. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom.* 2. *p.* 1445.

Clavaria ceſpitoſa, major candida. *Mich. N. Gen. Pl. p.* 209. *T.* 87. *Fig.* 10.

Clavaria alba longe petiolata. *Hall. Stirp. Helv. Ed.* 2. *T.* 3. *p.* 125.

„Terreſtris, dimenſionibus variis gaudet, & in locis tritis ſæpe difformis, prima ætate interdum plena, interdum fiſtuloſa.„ *Bulliard.* l. c.

An conſtanter a ſequente diverſa ſpecies?

55. Cl. fragilis: *ceſpitoſa fragilis candida, clavulis congeſtis fiſtuloſis ſubincraſſatis, apice ſubattenuatis.*

Clavaria fragilis. *Obſervat. Mycol. P. I. p.* 32.

Clavaria fragilis. *Holmſk. Coryph. pag.* 7. Var. *alba Icon. fig. f. g.*

Clavaria *ſimplex*, ſimpliciſſima, ceſpitoſa tubuloſa obtuſa ſubæqualis alba. *Retz Anmerk. über die ſchoniſchen Pflanzen im* 31 *B. d. Abhandl. d. ſchwed. Acad. aufs Jahr* 1769. *p.* 254. & *Fl. Scand. Prodr. p.* 252. — *Flora Dan. Tab.* 735. *Fig. I.*

Clavaria *vermicularis*, ceſpitoſa, ſubulata valida teres alba. *Batſch. Elench. Fung. p.* 135.

Clavaria *fiſtuloſa*, ceſpitoſa alba fiſtuloſa, deorſum craſſa, ſurſum ſenſim acuminata. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom.* 2. *p.* 1445. — *Tode in den Schrift. der Geſellſ. Nat. Fr. in Berl. Tom. IV. p.* 166.

Clavaria *acuta*, clavæformis, ſimpliciſſima, fiſtuloſa baſi attenuata, apice acuminata. *Sibth. Fl. Oxon. p.* 395.

Clavaria *piſtillaris* Var. 3. *Withering Botan. Arrang. of Britsh Plants Vol. 3. p. 452.*

Clavaria vermiculata fiſtuloſa candida. *Michel. Nov. Gen. Pl. p. 209. Tab. 87. Fig. 13.* (Clavulæ modo nimis attenuatæ delineatæ.)

Clavaria *ceſpitoſa*, e baſi ramoſa, ramis albis compreſſis, vix apice recurvis ſimpliciſſimis. *Villars Dauph. T. 3. p. 1050.* (Non differre videtur.)

Hab. tempore autumnali in ſylvis ad terram.

Deſc. Gregaria ad viginti & plura individua, quæ plerumque baſi libera, nonnulla vero connata ſunt, creſcit. *Clavulæ* juniores ſtrictæ cylindricæ, adultiores parum compreſſæ ſubarcuatæ, utrinque, ſed magis verſus baſin attenuatæ, intus cavæ valde rigidæ ſ. fragiles; tres uncias & ultra longæ, 2 lin. craſſæ; *ſtipites* 3—4 lin. longi hyalini, quo a parte fructificante facile dignoſcuntur.

56. Cl. ſolida: *ceſpitoſa candida, clavulis ſubflexuoſis, attenuatis intus ſolidis.* *

Clavaria vermiculata, non fiſtuloſa candida. *Mich. Gen. Pl. p. 209. Tab. 87. fig. 12.*

Obſ. Auctoritate *Michelii*, obſervatoris quondam exacti, hancce ſpeciem huc adduco; colore ſubſimilem fungum, cujus apices vero nonnunquam ſubbifidi, quidem obſervavi, quem vero accuratiori obſervationi ſubmittere vellem, priusquam eum in medium proferam. — Ceterum hæcce ſpecies Micheliana quoad habitum antecedenti ſimilis eſt.

57. Cl. nigrita: *ceſpitoſa nigra, clavulis longiſſimis fiſtuloſis, apice ſubreflexis.*

Hæcce ob colorem deflectentem ſane peculiaris ſpecies mecum communicata eſt a Dom. Heyder, qui eam rariſſime in locis graminoſis invenit.

Clavulæ tres quatuorve uncias longæ ſunt, duas lineas ferme craſſæ, flexuoſæ, ſubcompreſſæ, attenuatæ: apice nunc recto, nunc reflexo, ſubſtantia fragiles, arefactæ ſuperficie ſubcorruges, intus cavæ.

* * *

(*Species dubiæ, de quibus hoc quoque valet, quod ad finem diviſionis ſpecierum ramoſarum admonui.*)

Clavaria *ophioglosſoides*, nigro-fuſca, ramis radicalibus acutis, craſſeſcentibus angulatis raro bifidis. *Vill. Hiſt. des Plantes de Dauph. Tom. III. p. 1049.*

Quoad colorem cum antecedente parum convenit: rami quoque dicuntur compreſſi. Hanc ſpeciem vero haud illam *Linnæanam*, nomine conſimilem, eſſe, non opus eſt, ut adnotem.

Clavaria *fuſca*, cæſpitoſa fuſca, caulibus ſubſimplicibus, compreſſis, baſi coalitis tomentoſis, apice interdum furcatis. *Ol. Swartz Nova Gen. & Spec. Plantarum p. 150.*

Omnino diſtincta videtur ſpecies, ſed an jure ſub hab militet familia? cum caules *ſubſimplices* perhibentur.

Clavaria *vermiculata*, lumbriciformis ochroleuca. *Lightf. Fl. Scot. Tom. 2. p. 1051.* Var. *α.*

A Clavaria *inæquali*, jamjam deſcripta, vix ſpecie diverſa videtur, uti ex deſcriptione b. Auctoris, quam huc propriis verbis adducere volo, apparet;

„It is about two inches high, generally thiskeſt in the middle, and taper on the ends, often longitudinally whrinkled of a yellow or ſtraw color and a ſuet-like friable ſubſtance.„

Varietas β. autem quoad ibi commemoratum locum natalem & deſcriptionem omnino ad *Clavariam corneam* pertinet.

Clavaria *fulva*, ſimplex, leviter compreſſa, uno latere ſecundum longitudinem ſulcata, ex toto fulva, fiſtuloſa, apice obtuſa, baſi radicata. *Baumgarten Fl. Lipſ. p. 652. Tab. 10. fig. 3. a.*

Clavaria *inæquali* quidem tenerior parum, etiam radicata fertur, ſed quatenus adhuc ab illa diverſa ſit, dijudicare non poſſum.

Clavaria *turgida*, ceſpitoſa flava, clavulis turgidis, baſi attenuatis approximatis. * *Clavaria* ceſpitoſa media lutea. *Mich. N. Gen. Pl. p. 209. Tab. 87. Fig. II.*

Quoad figuram Michelianum *Clavulæ* modo paucæ ceſpitem efficiunt, ſtipite brevi & valde tenui inſtructæ, ſe invicem adtingentes, 3—4 lin. craſſæ, unc. 1 altæ, ſubſtantia ſarctæ videntur.

** *Diſſimilares ſubgregariæ quidem ſed ſparſæ, inprimis ſolitariæ creſcentes.*

58. Cl. gracilis: *ſparſa albida, clavulis gracilibus ſubacuminatis, ſtipite longiuſculo.*

Clavaria *gracilis*, clavata petiolata. *Bolt. Funguſſ. Tab. CXI, Fig. I.*

Clavaria *gracilis*, ſtipite pellucido, capite clavato. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T. 2. p. 1445.*

Hab.

Hab. ad terram nudam; præcedenti diviſioni affinis. A Cl. *fragili* vero omnino diverſa videtur, cum noſtra dimidio minor, nec non anguſtior & ſurſum tenuior eſt, etiam *ſtipite* pro ratione longo, nitido *clavulam* ipſam vero non ſuperante inſtructa.

Dom. *Bolton* hancce ſpeciem flexuoſam delineavit, quam in alio exemplari a cl. *Schrader* invento, ſtrictam, etiam Boltonii icone parum minorem vidi.

59. Cl. falcata: *ſolitaria candida, clavula incraſſata obtuſa falcata; ſtipite brevi pellucido.*

Clavaria *falcata*, in *N. Bot. Mag. p.* 208.

Clavaria minima nivea, *Mich. N. Gen. Pl. Tab.* 87. *f.* 6. (quoad figuram).

Clavaria omnium minima ſordide alba. *Ejusd. l. c. Fig.* 9. modo *varietas*.

Clavaria *alba*, minima, candida, corpore ſimpliciſſimo, obtuſo integro. *Baumgart. Fl. Lipſ. p.* 652. *Gled. Meth. fung. p.* 29. *var.* G. (quoad Synonymum).

Clavaria *delicatula* Tode in den *Schrift. der Geſellſ. Naturforſch. Fr. in Berlin. Tom. IV. p.* 166. (ob Synonymum) — *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom.* 2. *p.* 1445. *n.* 41.

Frequens tempore autumnali, tempeſtate inprimis humida, in ſaginetis ad terram provenit.

Deſc. Junior ſtricta, teres, adulta incraſſata, obtuſa, medio ſubincurva, nonnunquam flexuoſa, etiam ſubangulata, ſuperficie ſubrugoſa, rariſſime apice diviſa reperitur. *Stipes* teres ſubhyalinus 2 — 3 lin. longus. *Clavula* ſubſtantia fragilis dimidiam unciam longa, lineam unam & ultra craſſa.

60. Cl. rubella: *ſubſolitaria, recta incraſſata aquoſe rubella.*

Rariſſime ad terram provenit, ad 2—4 ſpecimina ſimul, ſed non faſciculatim aut ceſpitoſe creſcit.

Tota plantula 1½ unc. longa, lin. 1 craſſa. *Stipes* longus, nitidus. *Clavula* teres, utplurimum ſtricta, apice iterum attenuata. *Color* aquoſe ſ. dilute rubellus, an in hac ſpecie conſtans? *Subſtantia* pro more hujus familiæ fragilis.

61. Cl. triuncialis: *ſolitaria rufeſcens, longiſſima tenuis, baſi radiculis fibroſis.* *

Clavaria rufeſcens, triuncialis tenuiſſima. *Mich. N. Gen. Pl. p. 208. Tab. 87. Fig. 7.*

Clavaria luteo-rufa, corpore integro ſimpliciſſimo & longiſſimo. *Gled. Method. Fung. p. 29.*

Clavaria *cylindrica* Tode in den *Schrift. d. Geſellſch. Naturf. Fr. in Berl. B. IV. p. 166. — Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom. 2. p. 1445. n. 42.*

Obſ. Quoad iconem in opere *Michelii* citato exſtantem, longitudine, quæ triuncialis, & teneritate, quæ lineam modo adæquat, ab aliis facile ſeſe diſtinguit ſpeciebus. *Clavula* parum ſenſim incraſſata, ſubfalcata, intus cava? *Caulis* baſi in fibras radiciformes breves, divergentes fiſſus.

62. Cl. Phacorhiza: *ſtipite flaveſcente glabro ſubbrevi, clavula ſubulata longiſſima albida.* *

Clavaria *Phacorhiza*, ſimpliciſſima tenuis fuſca, clavula ſubulata alba, radice lenticulari. *Reichard botaniſche Bemerkungen, in den Schriften d. Geſ. Naturf. Fr. in Berl. B. 1. Tab. 9. Fig. 4 & 5.*

Clavaria *Phacorhiza*, ſimpliciſſima, tenuiſſima clavata fiſtuloſa fuſca, clava ſubulata albida, radice lentiformi cava. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. Tom.* 2. *p.* 1445.

Clavaria Phacorhiza. *Dickſ. Pl. cryptog. Brit. Faſc.* 2. *p.* 25. (excluſo Boltonii ſynonymo).

Ad terram nudam habitare dicitur.

Radix tuberiformis fuſca, nunc ſubrotunda, nunc oblonga compreſſa, madefacta globoſo-rugoſa, intus cava albida, lin. 1 & ultra magna, ex cujus apice prorumpit *Stipes* ſubfuſcus nonnunquam valde flexuoſus filiformis glaber; *clavulæ* albæ anguſtæ ſtipite triplo fere longiores eoque vix craſſiores. Totus fungillus tres uncias ferme longus. — *Reichard.*

63. Cl. gyrans: *tota candida, clavula cylindrica, ſtipite longo pubeſcente.*

Clavaria *gyrans*, ſtipite elongato capillari, clavula terminali ſubelongata, cylindrica termino utroque oblongata. *Batſch El. Fung. Cont. prim. p.* 235. *Fig.* 164.

Hab. autumno in foliis exſiccatis, etiam ad ramulos ſiccos non infrequens.

Deſc. Tuberculum radicale pallidum, læviſſimum, utplurimum lentiforme, ſed & oblongum invenitur, illud quoque in eodem loco natali *ſolum* ſ. absque Clavaria obſervavi. *Stipes* filiformis utplurimum erectus, ſub lente parum piloſus, $\frac{1}{2}$ unc. longus. *Clavula* tres lineas vix longa, $\frac{1}{2}$ lin. craſſa. Fungus exſiccatus ſordide palleſcit, & plerumque, forte ob teneritatem, totus decumbit, verum hoc ſub tali motione, qualem cel. *Batſchius* adnotavit, hucusque, ſaltem tam diſtinctum & ſubitum haud vidi.

Obſ. Clavaria *granulata*, clavata alba ſimpliciſſima teres corpore fiſtuloſó, radice granulata nigra. *Willd. Fl. Berol. prodr. p. 705. Tab. VII. f. 17.* ad mentem Auctoris eadem cùm antecedente eſſet ſpecies, verum & quoad colorem, & quoad formam tuberis radicalis parum differre videtur, an forte tota quoque glabra?

Clavaria *granulata Lumnitzer Fl. Poſon. p. 533.* etiam quoad deſcriptiònem adjectam in nonnullis quoque diverſa eſt; nam Cl. *gyrante* duplo major eſſet, & corpuſculum tuberoſum, cui inſident ſtipites *ſubulati*, extus nigrum, intus album & ſemini *Agroſt. Githag.* ſimile.

64. Cl. Erythropus: *clavula albida cylindrica, ſtipite longo atro-rubente.*

Clavaria *Erytropus*, in *N. Bot. Magazin p. 118.*

Clavaria *gyrans*, ſtipite elongato, capillari, clavula terminali ſubelongata cylindrica, termino utroque oblongata. *Bolt. Funguſſ. Tab. 112. Rel. Fl. Cantab. Append. 2. p. 29.* (excluſo ſynonymo).

Prov. in foliis ad ſtipites aridos in terram lòcis humidis dejectos, autumno, ſed ſimul in uno loco minori modo copia.

Deſc. Radicula tuberiformis parum oblonga, ſubſpadicea rugoſo-ſulcata, epidermide ramulorum parum tecta, e qua naſcitur ſtipes, qui $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. longus tenuis, verum non flaccidus, vix pubeſcens, colore badius ſ. rufus, ſubpurpuraſcens, apice albicans. *Clavula* ſtipite triplo brevior, candida, teres, & craſſitudine ſemper æqualis hactenus a me aliisque obſervata.

65. Cl. capillaris: *clavula turbinata candida, ſtipite longo violaceo.* *

Clavaria capillaris. *Holmsk. Coryph. pag. 3. & Afha. deling om nogle kryptogamer af Theod. Holmsk.* in *Nye. Saml. af det kongle Danske Videnskab. Selvsk. Schrift. Tom. I. p. 279. Fig. 2.*

Clavaria *capillaris*, ſtipite capillari violaceo lævi fiſtuloſo, capite albo clavato. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T. 2. pag. 1445.*

Obſ. Deſcriptionem hujus ſpeciei videſis apud laudatum *Auctorem*, locis citatis. — Eam ob clavulam nunc compreſſam, utplurimum *obovatam*, nec non ob ſtipitem colore *violaceum* a *Clavaria Erythropo* ſeparandam putavi; tuberculum radicale etiam hirſutum dicitur, & quoad iconèm ſubhemisphæricum, ſuperficie *læviſſimum* videtur.

66. Cl. ovata: *candida, ſtipite brevi pellucido, clavula obovata ſubcompreſſa.*

Autumno paſſim ad ramos aridos Rubi provenit.

Deſc. Stipes ſtrictus, tenuis, lin. 1 — 2 longus, $\frac{1}{3}$ craſſus. Clavula lin. 1 longa utplurimum ſubcompreſſa, plerumque forma obconica, demum vero ferme ſubrotunda fit, ſub lente pruinata tomentoſa quaſi, intus cava, ſubſtantia carnoſo-membranacea, ſuperficie glabra, colore ubique nivea.

67. Cl. micans: *ſparſa roſea, ſtipite breviſſimo, clavula obovata pruinata nitente.*

Clavaria Acroſpermum, in *Hoffm. Bot. Crypt. Taſchenb. Tab. 7. Fig. 2.*

Hactenus tempore vernali ad ſtipites exſiccatos plantarum majorum pulchellam hancce ſpeciem inveni. Oculo inermi vix diſtincte viſibilis; ſtipes vix ullus

pellucidus. *Clavula* turbinata, obtuſiſſima ſubobliqua, carnoſa recenti in ſtatu materie micante, ſporis? obtecta.

Obſ. Sub genere Acroſpermum, Clavarias *tremelloſas* ſolummodo enumerans, nomen triviale huic ſpeciei prius inditum, utpote falſam ſiſtens ideam, mutari neceſſarium duxi, potius in hac ſpecie affinitas quædam cum *Stilbis* adeſt.

68. Cl.? Aſcophora: *gregaria, clavula cylindrica, ſtipite brevi nigro.*

Aſcophora *cylindrica*, capitulo cylindrico corrugando, ſtipite breviuſculo. *Tode Fung. Mecklenb. Faſc. I. p. 15.*

(*Obſ.* Antea ob Auctore in den *Schrift. d. Geſellſch. Nat. forſch. Fr. in Berl. B. IV. p. 248. T. 4. Fig. 7—9.* ſub nomine: *Aſcidium cylindricum* & delineatum & deſcriptum eſt, ad quod *capitulum* eſſet cylindricum, ſubſtantia tenue, colore griſeum, maturum pulvere ſubviolaceo obtectum; ſtipes brevis atro-nitens: vere in ramulis exſiccatis Rubi Idæi creſcere dicitur.)

69. Cl. puſilla: *gregaria minutiſſima alba, craſſitudine ubique ſubæquali.*

Obſ. Perrara hactenus in folio quodam ſubarido mihi obvia, ubi forte frequentius naſci poteſt, ſed ob minutiem, cum magnitudo naturalis lineam vix ſuperat, indagatoris oculis ſeſe ſubtrahit.

Clavula nunc ſtricta, nunc parum curvata. *Stipitem* manifeſtum equidem nou obſervavi, licet fungilli baſis per lentem parum hyalina, ſaltem nitidior videtur. *Color* ex albido ſubpalleſcit. *Subſtantia* carnoſa ſolida; craſſitudine ubique ferme æqualis.

* * *

Species dubiæ.

Clavaria *fimbriata:* individed, hollow, cloſed and pointed, or open and fringed at the end. *Withering Bot. Arrang. of Britsh Pl. Tom. 3. p. 453.*

„ Greenish at the bottom; white above; hollow, tapering, cloſe and ending in a ſingle or double point; or open at the end, and ſurrounded with a dark coloured glandular fringe. The wholl covered with a gregish powder. About the thickneſs of a pin and near hals an inch high. „ *Withering.*

Huncce fungum ad veras *Clavarias* haud pertinere e deſcriptione Auctoris elucet; verum cuinam fungorum generi proprie adſcribendus?

Clavaria *truncata*, clavata, nivea, integerrima truncata. *Lumnitzer Flor. Poſon. p. 533.*

„ Corpus ſemi uncia parum longius, ſimplex albidum, ſemilineam craſſum, baſi tenuius, apice oblique truncatum, exiguïsque foveolis notatum. „ *Lumnitzer.*

Auctor quoque, an jure? allegavit: Clavaria n. 12. Michelii *Gen. Pl. Tab. 87. fig. 6.*, quam vero ad Clavariam *falcatam* retuli.

Clavaria *nivea*, ſimpliciſſima, cylindrica apice attenuata alba, radice fibroſa concolore. *Humb. Fl. Friberg. Spec. p. 116.*

„ Fungus uncialis, erectus ſimplex, e terra naſcens, radice fibroſa brevi alba. Subſtantia carnoſa, glabra nitens. Corpus cylindricum verſus apicem attenuatum. „ *Humboldt* l. c.

Clavaria *vermiculata*, ſimplex, lumbriciformis ochroleuca. *Scop. Flor. Carn. Ed. I. p. 60 & Ed. 2. p. 483.*

„Corpus ſimplex, attenuatum; ſpecimen meum non eſt fiſtuloſum neque ceſpitoſum.„ *Scopoli.*

Clavaria *obtuſa:* ſolitaria majuſcula flava, clavula incraſſata obtuſa ſubfalcata. * — Clavaria lutea minima. *Mich. N. Gen. Plant. p. 208. T. 87. F. 5.*

Quoad iconem a *Michelio* prolatam, forma cum Cl. *falcata* convenit, ſed multo major, etiam colore, qui flavus, diverſa eſt.

Clavaria piſtillaris. *Loureiro* (*Fl. cochinchinens Tom.* 2. *pag. 696.*) a propria C. *piſtillari* omnino diverſa ſpecies eſt, quod e ſequente b. *Auctoris* deſcriptione magis apparebit:

„Fungus ſesquipollicaris, integerrimus oblongus, teres, lævis, albidus, craſſus, ſolidus, erectus, in formam clavæ ovatæ terminatus; — plerumque in acervis ſtercoris Elephantini creſcens; — edulis, teres & ſapidus eſt.„

Etiam hujus viri meritiſſimi Clavaria *Ophiogloſſoides* ob colorem luteo-rubrum non una eademque cum Cl. *Ophiogloſſoides Linn.* ſpecies eſſe poteſt, ſed veroſimile eſt, eam, uti & antecedentem, novam efficere ſpeciem.

Acrospermum.

Clavulæ tremelloſæ elongatæ ſubteretes, ſimplices ramoſæque.

* *Ramoſa.*

1. A. cornutum: *gregarium ſubcompreſſum, ramoſo-cornutum, obſcure carneum.*

Rariſſime invenitur primo vere ad truncos putridos.

Deſc. Hæcce ſpecies, ſi ſubſtantiam & colorem excipias Sphæriæ Hypoxylo valde ſimilis; magnitudine eſt uncialis, verſus apicem tres lineas & ultra lata. Adulta plantula apice dilatata & digitata in ramos quinque aut ſex fiſſa, minus adulta bi- & triſida, junior teres, apice compreſſa absque cornibus.

Obſ. Tremella *viſcaria*, multifida: frondibus linearibus ſubtriſidis. *Necker. Delic. Gallo-belgic. pag. 523.* noſtro fungo affinis, ſed forte tamen diverſa *Meriſmatis* ſpecies videtur, Auctor enim dicit:

„Frondes gelatinoſæ viſci in morem ad digitos lenteſcentes, utriusque paginæ, planæ atropurpureæ, in 3—4 phalanges diviſæ: ſingula lacinia linearis ad apicem 2—3 fida.„

2. A. cæruleum: *ramoſum parvum cæruleum.* *

Coralloides parvum gelatinoſum cæruleum. *Micheli Nov. Gen. Plant. pag. 210. n. 15.*

3. A. digitatum: *ramoſum compreſſo-digitatum flavum.* *

Tremella *digitata*, carnoſa ex cauliculis flavis compreſſo-digitatis ſolitariis compoſita. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. p. 1007.*

„Compoſée de digitations ſeparées à leur baſe, ſur le Genievre.„ *Villars* l. c.

Obſ. An *Coralloides* luteum parvum, juniperi caudicibus adnaſcens *Mich. Nov. Gen. Pl. Tab. 86. Fig. 5.* etiam hujus loci?

Tremella *clavariæformis*, gelatinoſo-pulpoſa, gregaria, ſimplex, compreſſo-ſubulata, ſubpyramidata, bicornutave aurantiaca. *Wullf. apud Jacq. Collect. Tom. II. p. 174.* (Iconem vid. in *Jacq. Icones Pl. Vol. 2.*) quoad

colorem, & locum natalem, etiam paſſim ſubramoſa dicitur, cum *Tremella digitata Villars* convenit, verum non tam diſtincte & profunde ramoſa eſt, hinc ſorte & hæc propria *Acroſpermi* ſpecies eſt, cui cognata *Tremella ligularis Bull.* (*Champ. Tab.* 427. *f.* 1.), quæ vero ſub lente parum lanuginoſa eſſet.

Nonnullæ aliæ ſic dictæ *Tremellæ*, in Junipero *Sabina*, *virginiana* &c. creſcentes, quarum adhuc plures Auctores mentionem faciunt, forte melius ad *Puccinias* amandandæ.

** *Simplicia.*

4. A. clavatum: *ſolitarium rubro-carneum incraſſatum.*

Tremella *ſtipitata*, ſtipitata, tota rubra, diaphana corpore cylindrico. *Willd. Berol. p.* 420?

Hab. ſero autumno paſſim in ramis & truncis putreſcentibus.

Formam *Clavariæ* cujusdam ſimplicis exacte refert, $1\frac{1}{2}$ unc. longum, 1—2 lin. craſſum, ſurſum incraſſatum, teres, integerrimum, obtuſum, obſcure corneum, demum parum albicans. *Caulis* baſi ſubnigricans parum criſpus; *clavula* ſubfalcata.

5. A. cylindricum: *ſolitarium, dilute corneum, ſubcylindricum.*

Acroſpermum *cylindricum*, teres, erectum, ſolitarium rubellum, apice pallidum. *Vahl in Flora Dan. Tab.* 1100. *Fig.* 4.

Etiam ad truncos prov., ſecundum iconem equidem non cylindricum, ſed incraſſatum eſt, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. longum, 2 lin. craſſum.

6. A. galeatum: *gregarium obſcure fuſcum, apice rotundato, fuligineo albido.*

Acroſpermum unguinoſum. *Fl. Dan. Tab. 1100. fig. 3.*

Clavaria galeata. *Holmsk. Coryph. p. 25. Tab. — fig. a. b.* (Priores figuræ modo noſtrum adæquant fungum, cæteræ multo majores ſunt.)

Hab. ad virgulta locis inprimis udis, autumno.

Deſc. Stipes 3 lineas fere longus, 1 lin. vix craſſus; nunc totus cylindricus, plerumque vero medio tumidus ſ. ſubventricoſus, nunc ſimplex, nunc ſubdiviſus, *ſolidus* nigreſcente-fuſcus; *ſubſtantia* duriuſcula ſucculenta. *Apex* capituliformis, colore multo dilutior, opacus, viſcoſus, ſolidus, ſtipite latior.

Obſ. Icon in *Flora Danica*, t. c. noſtrum fungum, quoad formam & magnitudinem bene quidem exprimit, verum *capitulum* colore flaveſcens, & diſco ſubexcavatum eſt propoſitum.

Acroſpermum *unguinoſum*, perpendiculare, digitato-ceſpitoſum, unguinoſum: apice tumido. *Tode Fung. Mecklenb. ſelect. pag. 9.* & in den *Schriften d. Geſ. Nat. Fr. in Berl. Tom. IV. p. 263. Tab. 12.* huic ſpeciei quidem affinis, verum magis ramoſum intusque cavum eſt, etiam colore rubello differt; an hinc forte diſtincta ſpecies?

Adhuc memini, me ſemel in Hercynia ad truncos putridos pineos, quemdam quoad formam præcedenti ſpeciei ſimilem fungum vidiſſe, qui vero colore læte *aureo* ſeſe diſtinxit. Si adhuc talium ſpecierum plures inveniantur, tunc eæ ob capitulum manifeſtum, hocce in loco forte ſolummodo ſemina portans, niſi peculiare efficerent genus, ſaltem diviſione propria a ceteris ſeparandæ eſſent ſpeciebus.

7. A. dubium: *ceſpitoſum viſcoſum faſtigiatum carneum.*

Hab. ſero autumno non infreq. ad truncos putreſcentes; individua juniora ſubſolitaria teretia, maturum vero efficit ceſpitem ſuborbicularem $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ unc. latum; rami tunc compreſſi, ſibi denſe approximati, deorſum attenuati & rugoſi & hic colore obſcuriores, ſurſum ſubfaſtigiati, viſcoſi pulvere albido obtecti. An forte Varietas, illius polymorphæ nec non polynymæ *Pezizæ*, qua cum colore & ſubſtantia convenit?

Merisma.

Ramoſum, coriaceum, compreſſum, apice utplurimum (velo) piloſum.

* *Erecta ramoſiſſima: ramis diſtinctis.*

1. M. fœtidum: *rufo-fuſcum, ramis approximatis palmatis, ramulis faſtigiatis albicantibus nitidis.*

Clavaria *palmata*, coriacea fuſco-violacea, ramoſa: ramis compreſſis, apice digitatis. *Scopoli Fl. Carn. Ed. 2. Tom. 2. p. 483.* — *Wigg. Prim. Fl. holſ. p. 108.*

Coralloides ramoſum, ex rufo carneum, platyceron ſ. latis cornibus, apicibus brevioribus. *Mich. Gen. Pl. T. 88. f. 3.* (Icon vero non bene quadrat.)

Clavaria *anthocephala*, coriacea-molliuſcula, ferruginea, baſi ſublanata; apicibus albidis, flabelliform. umbellatis. *Bull. Champ. p. 197. Pl. 452. f. 1?* (Color nimis rufus, rami pauci vix amplius diviſi, & caulis juſto longior piloſus — hinc diverſa ſpecies videtur.)

Provenit in pinetis non infrequens (nullibi copioſiorem ſeſe mihi obtulit hæcce ſpecies, quam circa *Andreasberg* in Hercynia.)

Deſc. Caulis ſubradicoſus, brevis, 3—4 lin. craſſus; *rami* ceſpitem efficiunt unc. 1—1½ latum, & unc. 1 & ultra altum; baſi tenues, mox flabelliforme dilatati ſunt, apice in ramulos digitiformes, utplurimum faſtigiatos inciſi, quorum nonnulli, peculiare ſane! ſubcyathiformes evadunt.

Color hujus ſpeciei fuliginoſo-fuſcus, ſubpurpuraſcens, in *ramulis* ſubargenteo-nitidus, in fungo exſiccato dealbeſcens. *Subſtantia* ſuberoſo-fibroſa. *Superficies*, ſummitatibus piloſis exceptis, glabra. *Sapor* vix ullus. *Odor* ingratus; recenti in ſtatu fœtidns.

Hiſce in pinetis adhuc *Varietatem*, colore obſcuriore, & ramulis attenuatis longitudine ſubinæqualibus inſtructam inveni.

2. M. flabellare: *ſubramoſum fuſcum: ramis elongatis, ſparſis inciſis ſublinearibus.*

Clavaria *flabellaris*, ſtipitata, nigro-violeſcens, ſtipite brevi, in ramos digitatos, apicibus albos aliquantulum expanſos, diviſo. *Batſch. El. Fung. Cont.* 2. *pag.* 227. *Tab. XXVIII. Fig.* 159. hujus loci eſt.

Ramaria palmata. *Homlsk. Coryph. p.* 106? (forte Auctor in deſcriptione hanc & antecedentem ſpeciem ſub una comprehendit; icon, quæ vero juſto major, huncce fungum melius exprimit.)

Coralloides ruſeſcens, corniculis tenuioribus bifidis. *Mich. N. Gen. Pl. p.* 210. *Tab.* 88. *fig.* 1. (Icon mala.)

Hab. in *faginetis* ad terram locis humidis.

Deſc. Fungus junior ſtrictus albicans ruſeſcens. Quoad colorem & ſubſtantiam antecedenti ceterum affinis, verum quoad locum natalem, ramorum formam & nu-

merum diſtincta ſpecies eſt, etiam dimidio fere minor. *Rami* anguſtati, lineares, compreſſi aut ſubteretes, angulati ſtriati erecti, apice vero divergunt, nunc obtuſi, nunc inciſi, hinc inde papillis obſiti, externe inprimis baſin verſus colore multo obſcuriores $1\frac{1}{2}$—2 unc. longi. *Odor* hac in ſpecie equidem non peculiaris.

3. M. ſtrigoſum: *ceſpitoſum dilute rufum caneſcens, ramis congeſtis brevibus, ſtriatis divergentibus.*

Hab. paſſim in faginetis ericetis autumno.

Deſc. Subſtantia ſicca, rigida, ejusque facies ſubhorrida ob *ramos* ſtrigoſos ad latera divergentes. Hi breves, 4 lin. longi, lin. 1 & ultra lati, compreſſi, nonnunquam multoties fiſſi, ſtriati, exſiccati intus cavi, baſi rufeſcentes, ſurſum ſubalbicantes, primo recti, dein in ceſpitis medio depreſſi, ſub lente ſubtomentoſi, inter ſe ſæpe vario modo connati, odore aut ſapore peculiari non diſtincti.

* * *

4. M. umbrinum: *erectum nigreſcens, ramis ſtriatis dilatatis gradatim majoribus: ramulis dentatis fimbriatis.* *

Clavaria *coriacea*, coriaceo-molliuſcula, ramis coralloidibus, depreſſis ſtriatis, apicibus fimbriatis. *Bull. Champ. p. 198. Tab. 452. Fig. II.*

„Se trouve en automne dans nos bois ſur la terre & parmi les feuilles mortes, elle eſt fort rare, mais quand on en trouve une, on peut être certain qu'il y en a d'autres dans ſon voiſinage, j'en ai quelquefois vu de larges places toutes couvertes. Elle eſt coriace, mais annuelle. Son pedicule eſt comme pelacheux, ſes

ſommites ſont blanches, tomenteuſes, ſinuées, dentées & diſpoſées à-peu-près de la même manière, que les pétales d'un œillet.„ *Bulliard.*

Antecedenti ſpeciei omnino cognatum videtur, ſed quatenus ex iconibus & deſcriptione judicare licet, ab ea tamen diverſum; b. *Bulliard* adhuc ſequentes commemorat varietates:

Var. 1. *fuſca*, prima ætate fuliginea-cinerea, aut cinerea fuſceſcens, vetuſtate fuſco-nigricans.

2. *nigrum*, prima ætate fuſco-nigricans, vetuſtate atra.

5. M. tomentoſum: *tomentoſum e fuſco-ruſeſcens, ramulis ſubpalmatis.* *

Clavaria *tomentoſa*, ramoſa, coriacea, tomento e fuſco ruſeſcente veſtita, ramulis apice ſubpalmatis. *Lamark. Encyclop. méthodique, botanique. Tom. II. P. I. p. 38.*

„J'ai trouvé cette plante a *Chemnitz* en Hongrie, dans une mine ou elle étoit attachée aux pièces des bois, qui ſoutiennent les terres des galleries.„ *Lamark.*

** *Caulis utplurimum decumbens ramis difformibus, paucis inſtructus.*

6. M. columnare: *ruſeſcens caule erecto craſſiſſimo ſubdiviſo ramis ſparſis compreſſis fimbriatis.* *

Manina *columnaris*, ſtipites craſſi, apice ramulos efferunt inciſos & fimbriatos; laciniis foliacea ornamenta referentibus. *Scopol. Pl. ſubterran. in Diſſ. ad Hiſt. Nat. pertin. pag. 99. Tab. XIV.*

„Ex ſiccitate ruſeſcit & nigricat. Subſtantia admodum dura & fibroſa eſt, ramorum copia, & extremarum partium diviſuris, varie ludens.„ *Scopoli.*

7. M. cauliflorum: *magnum decumbens albidum, ramulis in tubercula ſubrotunda congeſta deſinentibus.* *

Manina *cauliflora*, ultimi rami extenſi in tubercula ſubrotunda, confluentia. *Scop. Pl. ſubterran. l. c. p. 98. Tab. XIII.*

„ Albus, & habitu ſuo caulifloram, atque eſculentam Braſſicæ oleraceæ varietatem exacte referens; rariſſime occurrit, & per ætatem rubiginoſum colorem induit. „ *Scopoli.*

8. M. penicillatum: *albidum baſi plane incruſtans, ramos parcos obconicos varie & minutiſſime diviſos.*

Hab. paſſim in faginetis ad terram.

Deſc. Subiculum ſeu *appendices* cruſtæformes, terræ incumbentes, membranaceo-coriaceæ ſunt, $\frac{3}{4}$ unc. latæ, farctæ, e quarum ſuperficie ſurgunt *clavulæ* ſubfaſtigiatæ, ſurſum incraſſatæ, penicilliformes, multoties & ſetaceæ inciſæ, unc. 1 longæ, 2—3 lin. craſſæ, ſubobliquæ, coriaceæ, ex albido ſubpalleſcentes.

9. M. criſtatum: *ſubdecumbens incruſtans pallidum, ramis laciniatis incraſſatis rugoſis.*

β. *tuberculoſum:* decumbens pallidum, ramis incraſſatis rotundatis; ramulis breviſſimis obtuſis.

Clavaria *laciniata*, tenuis cum corporibus vicinis concreſcens; apicibus ſubmembranaceis criſtato-fimbriatis. *Bull. Champ. p. 208. Tab. 415. Fig. 1.* (hujus loci eſt.)

Clavaria rugoſa & tuberculoſa, ramis obtuſis. *Hall. Stirp. Helv. Ed. 2. T. 3. p. 125.* (quoad deſcriptionem.)

Clavaria vermicularis. *Schrank. Fl. Bav. tom. 2. p. 572.* (ob ſynonymum.)

Hab.

Hab. in ſylvis fagineis ad terram, initio autumni, ſuper muſcos effuſum, vicinaque corpora, gramina &c. incruſtando ambiens, forma ſtalactitidi ſubſimile, in ramos nunc craſſos, nunc teneros, nunc planos, nunc teretes, nunc acutos, utplurimum obtuſos diviſum, apice vero pro more generis hirſutum, quod vero per lentem diſtinctius apparet.

Subſtantia primo molle, humidum, dein duriuſculum. *Superficie* ſubrugoſum, ſulcatum, tuberculoſum glabrum; *colore* aquoſe pallidum; odore & ſapore mucidum.

10. M. faſtidioſum: *candidum late incruſtans, e ramis laminoſis variis conſtans.*

Corticium fœtidum, in *Uſteri Annalen für die Botanik St. XV. pag. 15.*

Agaricum cruſtaceum, ſubcalcarium, acute laciniatum, ſtercoris humani odore. *Hall. Stirp. Helv. Ed.* 2. *Tom. 3. n.* 2251.

Hab. autumno in ſylvis fagineis ad terram umbroſam, inprimis poſt copioſas pluvias frequens.

Deſc. Creſcendi modo cum antecedentibus ſpeciebus quidem convenit, ſed ſæpe magna copia inter ſe & cum vicinis corporibus in circulum pedem & ultra latum concreſcit; ætate juniore nullam diſtinctam præ ſe fert formam; ſed maſſam exhibet confuſam, dein magis in laminas membranaceas, forma & ſitu varias effloreſcit, quæ tandem, loco & tempeſtate bene favente, magis eriguntur, apice vero adhuc imbricatæ, aut depreſſæ remanent; tunc ad latus hymenium manifeſtum, colore parum rufeſcens, & papillis hinc inde obſitum conſpicitur, unde affinitas cum *Thelephoris* apparet. Fungus

recens lectus odorem faſtidioſum ſpirat, qui, ſi lubet, in exſiccato parum modo humectato renovari poteſt.

Obſ. Huic generi, ſaltem melius quam *Clavariis* adhuc adnumerandi videntur ſequentes fungi:

Clavaria *proſtrata*, rubra proſtrata, ſubhirſuta, intus nigra, ramis biſurcatis radiatis. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. Tom. 3. p. 1051.*

Clavaria caule ramisque cylindricis, fine craſſeſcente. *Hall. Stirp. Helv. Ed. 2. n. 2196.*

„In ligno putrido ſubterraneo reperta, & cum eo intertexta. Natura, quæ ſebi, & color, figura teres; ramis perinde teretibus, ſimplicibus, obtuſis & cylindricis. Tota planta ſemuncem vix ſuperat.„ *Haller.*

Ejusdem: Clavaria ſimplex & ramoſa, ſubulata, vellere albo *Hall.* (l. c. n. 2195.) non ad veras Clavarias quidem, ſed etiam ad hocce genus vix pertinere videtur; dicit enim ſummus Vir:

„In ligno putreſcente cornua longa, peracuta, alia ſimplicia, alia etiam repetito ramoſa, tecta vellere villoſo albo, pilis longis. Truncus & rami cavi, obliniti carne tenera, ſordide purpurea, qualis in Peziza eſt, tenuiter villoſa.„

Clavaria *deformis*, ſubcoriacea oblonga paucifida, ramis apice corniculatis quandoque laciniatis. *Lamark. Encycloped. Method. Botan. Tom. 2. P. 1. p. 37.*

Verum celeberrimus *Auctor* allegavit Clav. *cornutam Schæff. Fung. Bav. Tab. 289.*, quam varietatem modo *Clavariæ viſcoſæ* eſſe putavi.

Forte meliorem quoque hic ſortiretur locum, ſaltem ob clavæ formam etiam commemorandus ſequens fungillus:

Chordoſtylum *Clavaria*, ſimplex, ſtipite capillari glabro flexuoſo, capitulo pyriformi coriaceo. *Tode Fung. Mecklenb. Faſc. I. p.* 40. *Tab.* 7. *Fig.* 55.

ISARIA.

Byſſoidea ſimplex ramoſaque, *pulvere* farinaceo ulplurimum obtecta.

1. I. craſſa: *ſimpliciſſima, clavula craſſa ſubconica, ſtipite diſtincto glabro.*

Ramaria farinoſa. *Holmsk. Coryph. Tab. — fig. a.?*

Provenit rariſſima hæcce ſpecies etiam in *Phalænæ* cujusdam chryſalide intra terram, aut ramum putreſcentem.

Deſc. Nunc modo unum, nunc plura adſunt ſpecimina in eodem loco. *Stipes* baſi materia albida cruſtæ ad inſtar nympham ſubjacentem obducit, ex qua tunc distincte erigitur, & palleſcit, forma ſubcompreſſus, baſi latior, ſuperficie ſtriatus ſubſulcatus, pro diverſo loco longitudine diverſus, quæ duas treſve adæquat lineas' unam lineam vix latus. *Capitulum* præ omnibus aliis hac in ſpecie craſſum, integerrimum, utplurimum conicum, nunnunquam ſubobliquum, ſubſtantia ſiccum, materia farinacea denſe obſitum, 2 lin. & ultra longum, $1\frac{1}{2}$ craſſum, candidum.

Obſ. Hancce ſpeciem cel. *Holmskiold* (l. c. pag. 94.) quidem pro ſtatu adhuc juvenili *Ramariæ* ſuæ *farinoſæ* ſumſit, verum nonnullis vicibus *Iſariam craſſam* hiſce in terris inveni, *Ramaria farinoſa H.* e contrario mihi hucusque nondum obvia.

2. I. truncata: *ramoſiſſima: ramis truncatis crenulatis.*

Ramaria ſarinoſa. *Holmsk. Coryph. pag. 94. Tab.* — & in *Nov. Act. Dan. P. I. pag. 299. Fig. VI.*

Ramaria *farinoſa*, ramoſa, ſarinoſa alba: ramis abbreviatis truncatis crenulatis. *Dickſ. Pl. crypt. Brit. Faſc. 2. pag. 25.*

„ — Rami inæquales, breves, verſus apices incraſſati, obtuſe truncati, crenulati. Tota planta tecta farina alba, qua deterſa lutea apparet. „ *Dickſon* l. c.

3. I. epiphylla: *ceſpitoſa, clavulis elongatis ſimplicibus baſi ſubconnatis.*

Hab. perraro in foliis exſiccatis fagineis aut populeis; ceſpitulum efformans e *clavulis* pluribus, baſi ſibi denſe approximatis, ſurſum divergentibus. Singula 3 lineas ferme longa, ½ lin. craſſa, erecta ſubattenuata, candida, farina tenui obtecta. *Stipes* breviſſimus.

4. I. mucida: *ceſpitoſa, effuſa; ramulis ſubdepreſſis furcatis, pruinatis mollibus.*

Iſaria mucida in dem *N. Bot. Magazin p. 121.*

Iſaria ramoſa biſida. *Hill. Hiſt. of Plants pag. 67.*

Clavaria *Puccinia*, ramoſa; ramis brevibus, paucis divaricatis, ſubbiſidis. *Batſch. El. Fung. p. 139. Fig. 49. Timm Fl. Megap. prodrom. pag. 274.*

Clavaria *Byſſoides*, minima, ramulis primum niveis glabris, clavatis; demum cinereis (?) depreſſis coralloidibus piloſis. *Bull. Champ. pag. 209. Tab. 415. Fig. II.* (male, an forte diverſa?)

Puccinia ramoſa, omnium minima biſulcata candidiſſima pruinam referens. *Mich. Nov. Gen. Pl. p. 213. Tab. 92. fig. 2. Rup. Fl. jenenſ. Ed. Hall. pag. 358.*

Puccinia minima, candidiſſima, ramoſa biſurcata. *Hall. Stirp. Helv. Ed.* 2. *n.* 2208.

Puccinia *byſſoides*, ramoſa, ramis primum glabris clavatis niveis, tum depreſſis piloſis cinereis. *Gmel. Syſt. Nat. Lin. T.* 2, *p.* 1462.

Tremella *hydnoidea*, compreſſo-plana difformiter digitata hirſuta. *Jacq. Miſcell. Vol. I. pag.* 145. *Tab.* 16. *Murr. Syſt. Veg. p.* 965. (etiam hujus loci.)

Byſſus *fruticuloſa*, candidiſſima, filamentis erectis bifurcatis. *Flor. Dan. Tab.* 718.

Provenit jam æſtate poſt largas pluvias ad truncos putreſcentes fagineos, frequentius vero pineos, ubi ad latitudinem palmarem & ultra effuſa.

Deſc. Primo ſimplex aquoſo-albida, ſubhyalina, & pelli ſimilis, dein opaca candida, pruinata. *Ramuli* 2 lin. longi, ſubdepreſſi breves, nunc ſimplices, ſæpius furcati: apicibus obtuſis, ubique obtectis *ſporis* nitentibus. Hæ vero *filis* cum ramulis connatæ ſunt, & quod huic ſpeciei ſolenne eſt, modo elaſtico depelluntur, quod inprimis obſervare licet, ſi plantula e loco natali cum fruſtulo matris auferatur. *Subſtantia* fungilli recentis mollis, ſubgelatinoſa quaſi, exſiccata inconſpicua byſſoidea ſit.

5. I. carnea: *conferta, ſubevaneſcens, primo albida, dein carnea; ſtipite flaccido albido.*

Iſaria carnea. *Obſerv. Mycol. P. I. p.* 13. *Tab.* 2. *fig.* 6—7.

Hab. primo autumno ad terram ſupra folia ſicca, muſcos &c. effuſa, paſſim quoque ad truncos.

Habitu, ſubſtantia, creſcendique modo cum antecedente convenit, ſed multo tenerior eſt, hinc cito ſu-

perficiem pruinatam nitidam in opacam farinoſam commutat, inconſpicua fit & fere tota evaneſcit. *Ramuli* ſurcati, pauci ſimplices, pro ratione *ſtipitis*, qui filo tenuior, craſſi, hinc utplurimum decumbunt. *Color* primo albidus, dein carneus, tandem ſubruſus.

6. I. agaricina: *ſubramoſa, rigida: ramulis rectangulis.*

Iſaria agaricina in d. *N. Bot. Mag. pag.* 121.

Clavaria *brachiata*, lanceolata, ramis ſimilibus vage appenſis, interdum ſubdiviſis, ſubrectanguleſ. brachiatim digeſtis. *Batſch. El. Fung. Cont. I. p.* 233. *Fig.* 163.

Hab. non infrequens ad agaricos exſiccatos ſero autumno.

Deſc. Nonnunquam totum agaricum *Byſſi* albidæ adinſtar involvit. *Trunculus* filiformis rigidus perſiſtens, ſtrictus, 2 — 3 lin. longus ad latera ubique emittit ramulos patentes ſ. rectangulos utplurimum ſimplices, per lentem ſubſarinaceos. Fungillus ſubſtantia tenax, hinc diu exſiccatus conſervari poteſt: colore albido remanente.

7. I.? citrina: *trunculo erecto citrino ramoſiſſimo: ramis tenuiſſimis piloſis albicantibus.*

Adhuc ſemel elegantem plantulam arbuſculæformem, ad truncos putreſcentes inveni; ſubſtantia quoque durabilis eſt, e longinquo antecedenti ſubſimilis, ſed ſubſtantia tenerior, mollior, etiam multo ramoſior. Per lentem obſervata ſuperficiem glabram monſtrat nec farinoſam, & ramulos ſetaceos, piliformes; hinc adhuc dubito, an jure ſub hoc militet genere; cum *Dematiis* etiam non bene conjungenda.

8. I. Stemonitis: *gregaria ſimpliciſſima cinerea, trunculo ſetaceo rigido, furfure deciduo cincto.*

Provenit hyeme tempeſtate leni humida ad ramulos & ſtipites herbarum, frequentius in ſterquiliniis.

Deſc. E longinquo *Stemonitidi* exacte ſimilis. ob formam nimirum conicam & ſtipitem per materiem farinaceam penetrantem, verum plane alia eſt natura. Aetate enim juvenili non eſt butyracea mollis; neque capillitium adeſt. *Stipes* baſi nudus, rigidus furſum pulvere farinaceo cinereo denſo obtectus, qui trunculo non filis adnatus facile aut ſponte decidit aut digito deleri poteſt. Magnitudo naturalis trium linear. eſt & $\frac{1}{2}$ lin. craſſa. — Nonnulla in re a veris quoque deflectit *Iſariis.*

* * *

Obſ. Iſaria *umbrina:* gregaria faſciculata umbrina ſubramoſa: ramis ſtrictis aridis baſi connatis, in *Uſteri Annal. für die Bot. St. XV. p.* 12., quoad formam, creſcendique morem omnino ad hocce quoque pertinet genus, verum ſuperficie lævi, & ſubſtantia coriacea non minus cum nonnullis *Meriſmatis* ſpeciebus congruit, hinc ulteriori obſervationi adhuc ſubmittenda.

Clavaria *corticalis,* brevis valida firma, aliquot ramis brevibus rudibus, vage ortis, & diſtributis, apice ſubbarbatis. *Batſch. El. Fungorum Cont. I. p. 231. Fig. 162.* quoad colorem & magnitudinem *Iſariæ carneæ* affinis, verum, ſecundum iconem, figura ab ea recedit, etiam ramuli apice dicuntur *piloſi,* an hinc *Meriſmatis* ſpecies?

Sequentia bina vegetabilia in *Flora Danica* deſcripta etiam hujus generis videntur, cum in nonnullis a veris aberrant *Byſſis:*

Byſſus (Iſaria?) *aquatica*, hyalina, filamentis ſimplicibus apice clavatis *Fl. Dan. Tab. 896.* cum Synonymo; (ſed jure?): *Typhæ* nigricantes ex meris veſiculis uvæ inſtar concretæ. *Wrisb. Infuſ. p. 33. d. f. g. B. C. D.*

„ An ertrunkenen Raupen und Fliegen, ſo weit ſie vom Waſſer berührt werden. „ l. c. (*Fila* ſurſum fuſceſcentia, punctata?)

Byſſus (Iſaria) *conoidea:* capitulo conico acuminato, ſtipite ſetaceo. *Flor. Dan. Tom. V. Tab. 897. Fig. 2.*

„ An der häutigen Oberfläche einer Hanfkörner-Infuſion. „

Huc forte quoque ſpectant:

Clavaria *byſſacea*, ceſpitoſa, minuta, ſimpliciſſima; corniculis albis, baſi unitis, lana candida reſidentibus. *Roth* in *Uſteri Annal. Botan. Faſc. I. p. 11. Tab. I. fig. 5.*

Hab. in Muſcis ad arborum truncos. Et

Clavaria *noſocomiorum*, ephemera, gregaria candida, intus extusque ſericea: apice obtuſo ſubfuſco. *Villars Hiſt. des Pl. de Dauph. Tom. 3. pag. 1051.*

„ Elle naît dans un jour ſur les lignes mouillés des malades, qui ont de fracture. Elle a une pouce & demi, & 3—4 lignes de diamètre, rameaux blancs, velus & tendres. „ *Villars.*

ADDENDA.

Pag. 1. lin. 7 ab inf. poſt. Corollofungi adde: *Fungi corallini; Marinae Loniceri.*

— 4. Ad genus *Hericium* poſt proveniunt adde: et ut plurimum colore ſunt albido; etiam nonnullae ſpecies omnino eſculentae videntur.

— 10. Poſt Anthoxantho odorato add. *Hordeo vulgari.*

— 13. *Sphaeria capitata:* add. Synonymum Sphaeria Carchariæ, *var. α. Weigel. obſ. bot. p. 49.*

— 15. *Sph. digitata.* add. Synonym. Fungus Hypoxylon digitatum. Bruckman Cent. 2. p. 72. T. IX. F. 1 — 8.

— 17. *Sph. polymorpha.* add. Synonym. Tubera teſticulorum forma M. major et N. minor Plumier Traité des Fongeres de l'Amerique, p. 145. ic. Ligni putridi Hypoxilon digitatum, *Bruckm. l. c. T. X. F. 3.*

— 31. *Leotia circinans.* Ad deſcriptionem add. Semina uti in veris *Helvellis* modo elaſtico emittuntur.

— 57. *Clavaria rugoſa.* add. Synon. Corallofungus candidiſſimus *Vailant. bot. Paris. Tab. 8. F. 2.*

— 73. *Clavaria bifurca.* Ob radicem fuſiformem fibroſam, fungis in univerſum et præcipue Clavariis equidem haud ſolennem, omnino ab aliis ſpeciebus diſtincta. Cfr. hujus ſpeciei deſcriptionem a Bulliardo in Tab. 264 exhibitam.

Pag. 96. Ad genus *Meriſma* poſt no. 9. adde ſequentem omiſſam ſpeciem.

M. ſerratum: *ceſpitoſum viſcoſum fuligineo-pallidum, ramis latiuſculis ſerratis: ramulis obtuſis.* Tab. IV. Fig. 9.

Hab. rariſſime ad terram in ſylvis.

Tres uncias fere latum. Singulus *ramus* de generis more compreſſus, latitudine ſubaequalis, apice vero non equidem piloſus, ramulis brevibus obtuſus quaſi ſerratus, ſuperficie lævis viſcoſus, et ſubſtantia carnoſo-cartilaginea.

Adnotationes quaedam ad Theodori Holmskioldi Coryphaeos clavarias ramariasque complectentes.

Quamuis præclarum hocce opus ſpecierum numero equidem non ſuperbit, tamen quoad ſtyli elegantiam, obſeruationes accuratas, deſcriptiones abſolutas, eruditionem tandem extenſam optimis ſic dictis plantarum *Monographiis* jure meritoque adnumerandum. Præcipue hoc quoque valet de Iconibus, quae ratione artis, nec non pulchritudinis omnibus mihi notis vegetabilium delineationibus palmam facile praeripiunt; earum nonnullae mihi modo naturam magnitudine multo ſuperare videntur.

Attenta nihilominus inſtituta perlectione in unum alterumve incidi argumentum, ubi ejusdem cum *Auctore* mentis eſſe haud potui. Inter haec primum obtinet locum Viri meritiſſimi generum ſtabilitio: *Ramaria* ſcilicet & *Clavaria*, habitus ſolius externi ratione habita, neglectis vero aliis characteribus ſic dictis eſſentialibus, quos tamen in multarum ſpecierum diverſa ſtructurae œconomia reperire licet. Etiamſi nonnullae ſpecies forma ſimpliciſſima ſeſe ſemper exhibent; aliae in varios diviſae ramos utplurimum inveniuntur, diverſa tamen haecce forma peculiarem equidem non prae ſe fert faciem; & quod ſumma rei eſt, *Clavariae* non ſolum quoad loca natalia, plus minuſue incremento

favorabilia, magna ſeſe inter ramos dividendi gaudent propenſione, quod non ſolum Clavariae *Hypoxylo & digitatae* Auctoris nonnullisque e familia *ceſpitoſa* ſpeciebus commune eſt; ſed et in ipſa *Clavaria piſtillari*, quae ceteroquin omnium maxime genuina Clavariae ſpecies merito judicatur, hoc obſervabile eſt. In plurimis quoque naturae productis hicce niſus ſeſe monſtrat. Si modo diverſis plantarum partibus immoremur, tunc inveniemus, eas non ſolum in eodem genere diverſas, ſed et ex. gr. *folia* in una eademque planta aut ſimplicia, aut compoſita adeſſe. *Clavarias* tandem ſimplices *ſurſum* incraſſari, quamuis haecce proprietas aliis corporibus, etiam animalium partibus, modo ſi ſint teretia & craſſa, utplurimum competit, nemo quidem negabit; ſed tali forma nonnullae Clavariae *coriaceae* (*Merismata*) ſeſe quoque exhibent, hoc etiam valet de Clavariis *ceſpitoſis* (etiam una alteraue *ſolitaria*) quae ſolum in medio craſſiores, apice vero iterum attenuatae ſunt.

Numerus *Librorum* hocce in opere allegatorum, inprimis quod ad auctores vetuſtiores pertinet, equidem non exiguus, nonnullis aliis inprimis recentioribus ſcriptis locupletari poteſt, *Synonyma* adducta caſtiganda, & opiniones nonnullae in ſpecierum deſcriptionibus obviae, accuratiori ſunt ſubmittendae ſcrutinio.

Ad Auctores, qui de Fungorum generatione, natura & fructificatione tam in univerſum ſuas exeruerunt opiniones, quam inprimis de *Fungis clavaeformibus* egerunt, adhuc ſequentes referri poſſunt:

Franc. Mar. Magguoli Diſſertazione ſopra l'origine de Funghi, ovvero copia di Lettera ſcritta al Sig-

nore *Pietro Antonio Micheli.* Vid. *Raccolti d'opuſcoli ſcientifici e filologici.* Tom. trenteſimo, in Venezia MDCCXLIV. p. 207.

A Letter from the Reverend Mr. *Roger Pickering*, V. D. M. to *Cromwell Mortimer*, M. D. Secr. R. S. concerning the Seeds of Mushrooms. Et

Some Remarks occaſioned by the preceding Paper, addreſſed to the Royal Society, by Mr. *William Watſon*, Apothecary and F. R. S. — Vid. *Philoſophical Tranſactions.* Vol. XLII. For the Years 1742 and 1743. pag. 593 & 599.

I. Baptiſtae van Helmont opera omnia. Lugduni 1657. Ubi p. 73. §. 31. dicitur: Fungi ſunt Leſſas terrae abducta pelle.

Expérience concernant la génération des champignons par M. *Gleditſch.* Vid. *Mémoires de l'Academie royale des Sciences et belles Lettres à Berlin.* MDCCLI.

Ejusdem Conjecture ſur l'uſage des corps diaphanes de *Michelius*, dans les champignons à lame *in Hiſtoire de l'Acad. royale &c. année* MDCCX.

De la néceſſité d'établir dans la Methode nouvelle des plantes une claſſe particuliere pour les Fungus, à laquelle doivent ſe rapporter, non ſeulement les Champignons, les Agarics, mais encore les Lichens par M. *de Iuſſieu.* Vid. *Hiſtoire de l'Acad. royale des Sciences.* Année MDCCXXVIII. p. 377.

Mémoires de l'Academie de Dijon. Tome premier à Dijon MDCCLXIX. pag. LIX. *Generation des Champignons.*

Mémoires ſur différentes parties des Sciences et Arts, par M. Guettard, à Paris MDCCLXX. Tom. II.

p. 473. *Sur certains Rapports qu'il y a entre les corps de la claſſe des Champignons terreſtres, et ceux de la claſſe des coraux.*

D. *Andreas Möllers*, phyſikaliſch-mediciniſcher Brief an *M. Gabriel Wagnern*, Oberpfarrer an der Kirche zu St. Nicolai in Freyberg, *von Erdſchwämmen.* Vid. *Altes und Neues aus allen Theilen der Geſchichte.* Chemnitz 1765. Stück 10.

Franc. Bayle, Dr. Med. Diſſertatio ſecunda de forma plantarum, quae explicatur ex generatione Fungi quae eſt planta ſimpliciſſima. Vid. *Opuſcula.* Toloſae, MDCCI.

Ioh. Ad. Wedel Diſſertatio de fungis, Reſp. *Seyffert.* Ienae 1744.

Nonnulla de fungorum origine quoque occurrunt in *Linnaei Epiſtola XV. ad D. Vandelli*, cfr. *I. I. Römer* Scriptores de Plantis hiſpanicis, luſitanicis, braſilienſibus. Norimb. 1796. p. 179.

Opuſcoli ſcelti ſulle ſcienze e ſulle Arti. In Milano MDCCLXXVIII. Tom. I. p. 380. *Rifleſſioni ſulla generazione dei Funghi, del Signor Filippo Cavolini Neapolit.*

Traité ſur la Mycitologie, ou Diſcours hiſtoriques ſur les Champignons, par *N. I. de Necker* à Manheim 1783.

E. G. Lidbeck Diſſertatatio Fungos regno vegetabili vindicans. Lond. Goth. 1776. 4.

Victorii Pici, Phi. & Med. Dr. &c. Melethemata inauguralia. Auguſtae Taurinorum. 1788. p. 1 — 103. *De fungorum generatione.*

Ob die Schwämme zum Thierreiche gehören? erörtert von *D. C. E. Weigel*, Prof. zu Greifswalde, in *E.*

G. *Baldingers* Magazin für Aerzte, 4tes Stück. 1776. p. 375.

Sind Schwämme Pflanzen? oder ſind ſie Inſekten-Wohnungen — und entſtehen ſie von Inſekten, von *G. F. Märklin* d. jüngern, im *Botaniſchen Magazin*, 3tes Stück, p. 137.

Etwas über die Entſtehung der Pilze, von *C. L. Willdenow* in den *Annalen der Botanik*, 3tes Stück.

C. *Medicus*, kritiſche Bemerkungen über Gegenſtände aus dem Pflanzenreiche. Manheim 1793. 1tes Stück.

Franz von Paula Schrank, Reiſe nach den ſüdlichen Gebirgen von Baiern. München 1793. pag. 21 — 28. *Ob die Keulenpilze Thiere ſeyen? oder die Pilze überhaupt bloſſe vegetabiliſche Kryſtalliſationen?*

C. H. Perſoon, Was ſind eigentlich die Schwämme? in *Voigts* Magazin für Naturgeſchichte und Phyſik, 8ter Band.

Hiſtoire des Champignons de la France, &c. par M. *Bulliard* Tom. I. à Paris, MDCCXCI.

An Hiſtory of Funguſſes groning about Halifax by *Iames Bolton*. Vol. I — III. 1788 — 89.

G. F. Hoffmann, Vegetabilia cryptogamica faſc. I. Erlangae 1787. In introductione Auctor agit de fructificatione inprimis Sphaeriarum.

I. Tode, Verſuch einer genauen Eintheilung der Keulenſchwämme, in den Schriften der Geſellſ. Nat. Fr. in Berlin. Tom. IV. *Ejusd.* Beſchreibung des Knopfſchwammes, l. c. p. 263. In pluribus aliis harum commentationum Auctor quoque multa de Fungis diſſeruit.

D. H. Hoppe, Botaniſches Handbuch, Regensburg ab anno 1790. In nonnullis hujus promptuarii faſci-

culis etiam de Fungorum generatione aliquid occurrit.

Om en *Clavaria* funden paa *Carabus hortenſis af M. Vahl.* Vid. Skrifter af Naturhiſtorie - Selskabet 2det Bind, 2det Hefte, p. 42.

C. H. Perſoon, Neuer Verſuch einer ſyſtematiſchen Eintheilung der Schwämme, in *I. I. Römers* neues Magazin für die Botanik, V. I. p. 63.

Clavaria *fragilis alba* et varietas *lutea Holmsk.* diverſae ſpecies ſunt; plura ſynonyma ad priorem pertinentia in *Commentatione* de Fungis clavaeformibus videſis.

Clavaria *ophioglosſoides* diverſa eſt a ſpecie Linnaeana ejusdem nominis, quae tota glabra. Etiam ſynonymum: Agaricus clavatus *Rupii* ad Clav. *digitatam* Linn. pertinet.

Quas *Auctor* ſolummodo ut varietates ſub una comprehendit ſpecie: Clavaria *mitrata* ſcilicet, tam colore, quam loco natali inter ſe diſcrepant, earumque ſtipites equidem non tomentoſi, ſed ſquamuloſi ſunt, ratione quoque clavulae una cum antecedente a ceteris removendae ſunt *Clavariae* ſpeciebus.

Clav. *galeata* H. Acroſpermo *unguinoſo* Tode affinis, ſub tanta vero, quanta depicta eſt, magnitudine mihi nunquam obvia.

Clav. *Tremula* H. ob pileum orbiculatum manifestum, a ſtipite diſtantem, cum *Clavariis* nequaquam conjungenda, potiore jure *Heluellis* adnumeranda, et in *Commentatione* eam ad genus *Leotia* retuli.

Clav. *aequivoca* H. a me ipſo quidem nondum obſervata, verum tam ſecundum iconem, ſi hinc judicare

liceat, quam quoad deſcriptionem ad veras *Clavarias* nequaquam pertinet, quum ſolummodo ad latera fructificat, et apice pileo quodam tomentoſo *margine* prominente, inſtructo, gaudet, hinc potius *Meruliis*, cum forte auctor, ceterum circumſpectus, *venas*, forſitan minutiſſimas, non attendiſſet, ſaltem Fungis thelephoris adſcribenda. Etiam non poſſum non, quin adnotem, *Boletum giganteum* (*Tentam. diſpoſit. method. Fung. p.* 28.) aetate *tenella* colorem formamque hujus ſpeciei iconi ſimilem, pileo tuberculoſo excepto, prae ſe ferre, & poris adhuc prorſus deſtitutum eſſe.

Clav. *capitata* H. ad *Sphaerias*, uti omnes *Clavariae* ab b. *Holmskioldo folliculoſae* denominatae, amandanda. Huc etiam pertinet Sphaeria Agaricoides *Bolt. Funguſſ. p. 130. Tab. 130.*

Tam extenſa abſolutaque quam b. Vir de *Clavaria militari L.* in medium protulit, deſcriptio vix in ullo Botanicorum opere occurrit; verum pauci forſitan cum Auctoris opinione de hujus Fungi evolutionis modo conſentient, illam nimirum *Erucae* cuidam, quae fruſtula alterius ſpeciminis antea devoraſſet, originem ſuam debere; hoc re vera unicum ſui generis exemplum merito judicatur. Neminem quidem fugit, aves ceteraque animalia fructuum comeſorum ſemina, adhuc illaeſa per excrementa varios in locos, ubi dein progerminant, ſaepe deponere, quod vero ea animalia hanc aliamve ob cauſam vita extinguantur, & vegetabilia nunc ex eorum cadaveribus procreſcant, quantum ſciam, nondum inventum; illud etiam ſapientis Naturae oeconomiae repugnare, quisque facile ſibi perſpectum habet. Nunquam etiam

erucas, quae utplurimum foliis victitant, aliaque inſecta huncce fungum, quoties in eum inciderim, arrodentia inveni, quod et *Auctor* adfirmat; etiam prius in *Nympham* vertuntur, quam Clav. *militaris* creſcere incipit. Hujus ſpeciei ſeminibus, uti alii fungi quibusdam ſolummodo in locis, *ex gr.* in fimeto, foliis &c. proveniunt, hoc ſolenne eſt, quod ſolummodo in chryſalidibus, quas *externe* fungi radiculis byſſoideis obtectas obſervavi, ſeſe explicare poſſint.

Clav. *digitata* H. non eſt *Linnaei* ſpecies, ſed Sphaeria *Carchariae* Weig.; hinc pauca modo ſynonyma huc pertinent. Haecce ſpecies a plurimis auctoribus quoque pro Clav. *digitata* L. ſumta eſt, de qua vero ob *clavulae* formam & *ſphaerularum* ſitum omnino diverſa merito aeſtumatur. Clav. (Sphaer.) *digitatam* hactenus in ligno fabrefacto ad hominum domicilia provenientem inueni; Sph. *Carchariae* ſ. *polymorpham* in ſylvis ſolummodo ad truncos putreſcentes reperi; hinc ſi hujus loci natalis in plantarum catalogis mentio facta eſt, auctores ſemper hancce ſpeciem coram ſe habuiſſe veriſimile eſt. Quod *Auctor* de hujus fungi diſſeminatione ſucceſſu vero ſemper irrito inſtituta, profert, hoc Cel. *Weigelo* (vid. *Baldingers Magazin für Aerzte St.* 4.) ex ſententia ſucceſſit. Si etiam hoc in univerſum cuiquam non accideret, tunc inde objectio contra ſeminum praeſentiam, ſeu fertilitatem nequaquam ſumi poſſet, cum idem etiam in perfectiorum plantarum nonnullis aliquando locum obtinet, ut unum exemplum inſtar omnium adducam, in *Viſco albo* L. vid. C. L. *Willdenow Berlinſche Baumzucht, Berlin bey G. C. Nauk* 1796. *p.* 407.

Quod *Auctor* aſſerit, *Clavariam Hypoxylon* multoties folliculis ſ. *Sphaerulis* orbatam inveniri, ab aliorum quoque non paucis perhibetur, hinc pro earum capſularum abſentia, aut praeſentia duas ex hocce fungo conſtituerunt ſpecies, cum hae ſolummodo ratione maturitatis diſcrepant. Tempore hyemali enim aut vernali, ubi plantae cryptogamicae utplurimum indagantur, furſum tunc pulvere illo notiſſimo albido obſita, ſi tunc, etiamſi propemodum juſtam acceperit magnitudinem, *Clavulae* diſſecentur, hae ſemper Sphaerularum expertes conſpiciuntur; aeſtate vero, quum herbae magis leguntur, cryptogamis tunc haud vegetantibus, vel ab aliis depulſis aut obtectis plantis, et hinc vix, vel ſaltem minori cura, communiter obſervatis, in noſtro fungo nunc *maturo* ſphaerulae omnino adſunt, in nonnullis quoque individuis hoc per totum annum ferme obſervabile eſt. Sed inprimis in *varietate* quadam majore, in hortis ad ſepes aut ad terram, ſed in ramentis ea tectis, proveniente & plerumque pro illa ſpecie *ſphaerulis* deſtituta habita, in uno eodemque loco a me huic ſcopo ſignato tribus annis continuis obſervavi.

Utrum Ramaria *muſcoides* & Ramaria *faſtigiata* etiam Linnaeanae eſſent ſpecies, iisdem inſignitae nominibus trivialibus, affirmare equidem non volo. Ex earum enim differentiis ſpecificis in plures quadrantibus ſpecies non amplius conſtat, quaenam genuinae a Linnaeo talibus nominibus inſignitae ſint ſpecies.

Ramaria *farinoſa* ab omnibus fungis clavaeformibus tam ſuperficie farinoſa, quam ſubſtantia ſicca byſſoidea fere, longe differt, cumque iisdem ne familia,

nedum genere cognata. Icones etiam ut mihi videtur, duas quoad formam omnino diverſas repreſentant ſpecies. Primam hujus ſpeciei notitiam Auctor dedit in *Nov. Act. Dan. v. I. p. 299. t. 6.*

Nullum e contrario adeſt dubium, quin Ramaria *fimbriata H.* de cujus proprio inter vegetabilia loco *Auctor* adhuc ambigit, ſitne fungus veraque *Clavariae* ſpecies, quum, radice byſſoidea pro ratione inſigni excepta, ubique ſubſtantia eſt ſimilaris carnoſa, per totam quoque ſuperficiem ſemina pruinae ad inſtar producit, quae vero non in receptaculis in ſuperficie hinc inde ſparſis, *Lichenibus* ſolennibus, collecta ſunt: reliquis partibus plantulae tunc ſterilibus.

Ramariam *palmatam H.*, quo etiam Clavaria *flabellaris* Batſch. (*Elench. fung. Fig.* 159.) Clavaria *palmata* Scopoli (*Fl. carn. Tom.* 2. *p.* 483.) forte Clavaria *Anthocephala* Bulliard (*Hiſt. des Champ. Tab.* 452) pertinent, ad veras *Clavarias*, cum quibus forma modo convenit, non referendam eſſe, e deſcriptione *Auctoris* etiam elucet. Icones quoque diverſas ſpecies comprehendere videntur.

Plures tandem variaeque ſunt ſpecies, quae b. Vir ad Clavariam ſuam *Coralloidem* amandavit; valde etiam dubitandum, an omnes auctores, inprimis veteriores, recenſiti, varietates, quibus ſubſcripti ſunt, qua tales fungos intellexerint.

Nonnulla, quae in opere, inprimis quoad Synonyma adhuc addenda aut corrigenda mihi videntur, in *Commentatione* praevia, pro occaſione oblata, protuli.

EXPLICATIO FIGURARUM.

Tab. I.

Fig. 1. *Clavaria pyxidata*, magnitudine mediocri, (b) ejusdem ramulus ſeorſim pictus.

Fig. 2. *Clavaria Macropus* (a) *var.* furcata. (b) minus ramoſa: ramulis ſubdiviſis.

Fig. 3. *Clavaria falcata.* (a) *var.* minor. (b) *var.* major flexuoſa.

Fig. 3. *Clavaria anguſtata.*

Fig. 4. *Clavaria flavipes.*

Fig. 5. *Clavaria viſcoſa*, e cortice pini prorumpens.

Tab. II.

Fig. 1. *Var. Meriſmatis laciniati:* apicibus obtuſis.

Fig. 2. *Clavaria* groſſa.

Fig. 3. *Clavaria mucida*, forma & aetate diverſa.

Fig. 4. *varietas* criſtata *Clavariae fallacis.*

Tab. III.

Fig. 1. Particula pilei *Leotiae lubricae* ſub Microſcopio compoſito augmento 4 cum thecis delineata, quarum tres (a) ſeorſim & magis auctae ſunt.

Fig. 2. Pars clavulae *Geogloſſi tomentoſi* perpendiculariter diſſecta: (b) receptaculum cum (a) thecis; (c) tres thecae cum pilis interpoſitis ad lentem nr. 4. depictae. (d) theca cum paraphyſi?

Obſ. Hujus ſpeciei thecae hactenus ſeminibus refertae nondum eventae ſunt, & interpoſita ſila, quae

naturali fungi magnitudine clavulam tomentoſam reddunt, vices *paraphyſium*, uti hoc in plerisque Octoſporis *Hedwigii* obtinet, gerere videntur.

Fig. 3. ſtructura interior *Geogloſſi viridis* ejusdem augmenti, & (a) tres hujus ſpeciei thecae ſeminibus ut plurimum 7 — 9 repletae.

Obſ. Non poſſum non, quin publice declarem, me haſce delineationes nitidas, quae huic operi tam decori, quam ſcientiae utilitati merito ſunt, obſervationibus & operae viri meritiſſimi ill. *Hedwigii* debere.

Fig. 4. *Clavaria Herbarum* in caule quodam plantarum gregarie creſcens magnitudine naturali.

Fig. 5. *Clavaria tenacella.*

Fig. 6. *Clavaria puſilla* in folio Carpini proveniens lente parum aucta.

Fig. Varietas major *Clavariae Byſſiſedae* cum nonnullis minoribus radice byſſoidea inſtructis eodem in trunco.

Fig. 8. Varietas bifida *Clavariae piſtillaris.* Et.

Fig. 9. individuum hujus ſpeciei monſtroſum cujus in deſcriptione jam facta eſt mentio.

Tab. IV.

Fig. 1. *Clavaria ſtricta*, cum radiculis fibrilloſis.

Fig. 2. *Clavaria gracilis.*

Fig. 3. *Clavaria Trichopus*, ubi, neſcio qua ratione, ſtipes baſis nudus loco hirſuti propoſitus eſt.

Fig. 4. *Meriſma ſerratum.*

Fig. 5. *Clavaria pratenſis* & (b) hujus ſpeciei ramus cum ramulis divergentibus ſeorſim pictus.

INDEX GENERUM, SPECIERUM ET VARIETATUM.

A.	Pag.
Acroſpermum	88
caeruleum	89
clauatum	90
digitatum	89
dubium	92
galeatum	91
C.	
Clavaria	41
abietina	46
adſcendens	67
amethyſtina	46
anomala	71
anguſtata	72
argillacea	74
Aſcophora	86
aurantia	70
bifurca	73
Botrytis	42
Brachycera	61
Byſſiſeda	55
candidiſſima	60
capillaris	84
cincta	54
cincta major	54
coralloides	59
cornea	54
criſtata	48
crocea	57
cylindrica	76
dichotoma	43
digitata	48
diviſa	64
epiphylla	34
Erythropus	84

Clavaria.	Pag.
falcata	81
fallax	48
faſciculata	72
faſtigiata	59
fimbriata	49
fimbriata	87
fiſtuloſa	74
Flabellum	60
flava	43
flavipes	75
flavopurpurea	60
formoſa	41
fragilis	77
fulua	80
fumoſa	76
furcata	52
fuſca	79
gemmata	63
gloſſoides	68
Gorgonia	60
gracilis	50
- - - -	80
griſea	44
groſſa	50
gyrans	83
helueola	69
herbarum	68
herculeana	63
hercynica	58
inaequalis	73
laevis	58
Ligula	66
lunulata	52
luteola	66
Macropus	51

	Pag.
Clavaria	
micans	85
mucida	55
nigrita	78
nivea	87
obtuſa	88
ophiogloſſoides	79
ouata	85
palmata	45
penicillata	56
phacorhiza	82
phalloides	34
pilipes	69
piloſa	74
piſtillaris	61
piſtillaris	88
pratenſis	51
puluinata	65
purpurea	68
puſilla	86
pyxidata	47
rimoſa	60
rubella	45
rubella	81
ruſa	71
rugoſa	57
ſolida	78
ſpathulata	68
ſphaeriaeſcra	48
ſtriata	75
ſtricta	45
ſubtilis	51
ſylueſtris	73
tenacella	47
Thrichopus	50
triuncialis	82
truncata	87
turgida	80
vermiculata	79
vermiculata	87
violacea	60
viſcoſa	53

G.

Geogloſſum	36
capitatum	38
glabrum	36

	Pag.
Geogloſſum	
glutinoſum	38
hirſutum	37
oliuaceum	41
purpuraſcens	39
ſylueſtre	38
ventricoſum	39
viride	40
viſcoſum	39

H.

Hericium	23
abietinum	24
Caput Meduſae	26
clathroides	23
Echinus	28
Erinaceus	27
Flagellum	25
Hyſtrix	27
Muſcoides	26
nudicaule	25
ſcoparium	28
ſubterraneum	27

I.

Iſaria	99
agaricina	102
carnea	101
citrina	102
craſſa	99
epiphylla	100
mucida	100
Stemonitis	101
truncata	99
umbrina	102

L.

Leotia	31
circinans	31
lubrica	31
marcida	32
tremula	32

M.

Meriſma	92
cauliflorum	96
columnare	95

Meriſma Pag.

ciſtatum 96

flabellare 93

foetidum 92

penicillatum 96

ſerratum 106

ſtrigoſum 94

tomentoſum 95

tuberculoſum 96

vmbrinum 94

Merulius 28

carneus 29

purpuraſcens 29

umbrinus 30

violaceus 28

S

Spathularia 34

flaua 34

Sphaeria Pag. 11

alutacea 12

bulboſa 14

capitata 13

carpophila 18

clauata 22

concentrica 18

cupreſſiformis 21

digitata 14

entomorhiza 13

hypoxylon 14

militaris 11

ophiogloſſoides 12

paraſitica 20

polymorpha 17

Poronia 19

riccioidea 22

ſetacea 22

INDEX SYNONYMORUM.

A.

Acroſpermum — Pag.
unguinoſum 91

Agaricum
cruſtaceum 97
eſculentum 25
gelatinoſum 31

Agaricus
clauatus 62

Aſcophora
cylindrica 86

B.

Byſſus
fruticuloſa 100
aquatica 102
conoidea 103

C.

Chordoſtylum
Clauaria 99

Clauaria
acroporphyria 42
acroſpermum 85
aculeiformis 54
acuta 77
alba 51
amethyſtea 41
anthocephala 92
atra 37
atropurpurea 39
aurantiaca 46
aurea 44
aurea 53
brachiata 101
byſſacea 103
Byſſoides 100
capitata 13
Caput Meduſae 27
ceſpitoſa 67
ceſpitoſa 78
cinerea 44
citrina 51

Clauaria — Pag.
coralloides 42
coralloides 43
coralloides 51
coriacea 94
corniculata 52
Cornu Alces 58
cornuta 15
cornuta 30
cornuta 53
corticalis 102
criſpa 26
cylindrica 70
cylindrica 82
damicornis 58
deformis 98
delicatula 81
dendroides 46
digitata 16
digitata 17
digitata 58
Digitellus 71
elegans 58
elongata 72
elveloides 30
faſciculata 73
faſtigiata 51
faſtigiata 59
ferruginea 64
fiſtuloſa 75
flabellaris 93
flammea 53
flaua 54
flaueſcens 44
fragilis 77
fuliginea 64
fuſca 95
galeata 91
gemmata 63
glabra 76
granulata 84
granuloſa 11
gyrans 84
herculanea 62

Clauaria Pag.
herculeana 62
hirta 15
hybrida 17
Hypoxylon 16
indiuiſa 40
laciniata 58
laciniata 96
lumbricalis 77
luteo-rufa 82
Michelii 16
militaris 11
militaris 63
minima niuca 81
mitrata 39
mitrata 40
Muſcoides 46
Muſcoides 52
nigra 36
nigrum 95
noſocomiorum 103
ophiogloſſoides 36
ophiogloſſoides 37
ophiogloſſoides 38
pallida 46
palmata 62
paraſitica 21
pedunculata 38
piſtillaris 66
piſtillaris 72
piſtillaris 76
piſtillaris 78
plebeja 42
polymorpha 71
proſtrata 98
Puccinia 100
purpurea 47
radicoſa 12
ramoſa 24
rufeſcens 82
rufida 64
rugoſa 96
ſerpentina 40
ſimplex 37
ſimplex 77
ſimpliciſſima 70

Clauaria Pag.
ſpatulata 34
ſpatulata 35
teres 70
tomentoſa 95
tremula 32
vermicularis 77
vermicularis 96
vermiculata 78
vermiculata 96
vertice multifida 55
viridis 40

Corallofungus
croceus 57

Coralloides
abietina 25
Hyſtricis forma 28
parvum 89
ramoſum 92
rufeſcens 93

Cornu cerui calcinatum 25
Corticium foetidum 97

E.

Echinus
ramoſus 25

Elvela
cornea 29
clauata 34
lubrica 32
purpuraſcens 29

F.

Fungoidaſter
parvus 33

H.

Heluella
clauata 32
feritoria 35
gelatinoſa 31
renoluta 32
ſpathulata 35

	Pag.
Hydnum	
clathroides	23
coralloides	23
-- --	24
Erinaceus[1]	27
Hyſtricinum	27
laciniatum	24
ramoſum	23
ſtalacticum	25
Hypoxylon	
loculiferum	21
I.	
Iſaria	
ramoſa bifida	100
L.	
Leotia	
gelatinoſa	32
Lycoperdon	
atrum	25
M.	
Manina	
cauliflora	96
columnaris	95
cordiformis	27
Flagellum	25
Muſcoides	26
ramoſiſſima	26
Martella	
Echinus	28
Merulius	
clauatus	29
P.	
Peziza	
coriacea	20
cornucopiae	32
punctata	19
Phallus	
conicus	34
lubricus	31

	Pag.
Phallus	
marcidus	32
Poronia	
Gleditſchii	19
Puccinia	
byſſoides	101
minima	101
ramoſa	101
R.	
Ramaria	
farinoſa	99
farinoſa	100
fimbriata	55
gelatinoſa	54
medullaris	55
palmata	93
S.	
Sphaeria	
agariciformis	13
carcharias	17
cauleſcens	15
clauata	16
cornuta	14
digitata	15
digitata	17
niuea	20
ſtercorea	20
ſubterraneà	22
truncata	20
tunicata	18
V.	
Valſa	
digitata	15
tuberoſa	19
X.	
Xylaria	
digitata	15
flexuoſa	18

Corrigenda.

Pag.	2	lin.	17	poſt ſpeciebus add. in.
—	3	lin.	21	leg. diſtinguendas.
—	8	lin.	--	leg. ſecundum.
—	10	lin.	9	leg. hae lanatæ
—	—	lin.	17	leg. hae appendiculæ.
—	25	lin.	17	leg. *Stalacticum.*
—	27	lin.	17	Loc. Avercubus leg. Quercubus,
—	31	lin.	5	leg. convexo.
—	33	lin.	6	loc. et leg. etiam.
—	34	lin.	22	leg. Elvela.
—	65	lin.	19	poſt tantum add. ſtatum,
—	—	lin.	27	leg. acuminata.
—	69	lin.	30	leg. cinnamomea.
—	70	lin.	15	leg. ſolidæ.
—	71	lin.	13	leg. anomala.
—	74	lin.	10	poſt. icon. del. punctum.
—	96	lin.	10	poſt. incruſtans add. in.
—	—	lin.	11	loc. diviſos leg. diviſum.


Tab. I.
Fig. 1.
a
b
c
Fig. 2.
a
b
Fig. 3.
a
b
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.

Tab. II.

Fig. 1



Fig. 2



Fig. 3.



Fig. 4.



Autor del. Schlich: sc.

Tab. III.



Tab. IV.

